HENRICI BVCCELLII LV-cenſis Iurecon-ſulti, in CONSTANTINI Imp. Donationem, Iuris Vtriuſq; PRAXIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

HENRICI BVCCELLII LVCENSIS Iureconſulti,in CONSTANTINI Imperatoris Donationem,Iuris Vtriuſq; PRAXIS

Ad Illuſtriss.ac Reuerendiss. Principem Dominum.D.HERCVLEM Gonzagam S.R.Eccl.Diaconum Cardinalem,Dominũ ſuum,& Patronũ obſeruandiss.

✠

COGITANTI Mihi Principũ integerrime de Imp.Conſtantini donatione Romanę Eccl. facta, aliqua dicere,tibiq; Illuſtriss.ac Reuerendiss.Domino D.meo,omnium uirtutũ archétypo,de huiuſmodi donatione ſententia mea quæ ſit Chriſtiano animo ſignificare,Illico pluriũ inſignium uirorum libelli præ oculis apparuere, qui Donationem hanc falſo creditam, & emẽtitã eſſe aſſeuerant,inter quos Laurentius Vallenſis in Libello ſuo de falſo credita,& ementita Conſtantini Donatione,id nõ modo falſum,uerum etiam ſtolidum eſſe cõtendit,quod ut cõprobare uideatur, primũ dicam inquit,nõ tales fuiſſe Conſtantinũ, Sylueſtrumq;,Et alibi Hieroboam primus a Deo

in Regē Iſrael electus eſt,et q̃dem ex infima cōdi⸗tione,qđ mea ſentētia plus eſt,q̃ eſſe lepra lauatū, et tamen is nō eſt auſus regnū Deo credere,Et tu uis Coſtantinū regnū Deo donaſſe, quod ab illo nō accepiſſet. Et rurſus,q̃ nā ſūt ſceptra iſta impe rialia?unū eſt ſceptrū,nō plura; Si modo ſceptrū gubernat Impator,num et Pōtifex ſceptrū manu geſtabit?cur nō ei dabimus et enſem,et galeā,et ia⸗culū?ſimulq; cūcta ſigna,et bāna? Et in eundē Ro manū Pont.irruēs ætate ſua in ſummo.Pōtifica⸗tu neminē fuiſſe inquit,aut fidelē diſpenſatorē,aut prudētem,qui tantū abeſt,ut dederit familiæ Dei cibū,et eſcā panis,ipſumq; pacatis populis bella in ferre,et inter ciuitates,principeſq; diſcordias ſere⸗re,alienas ſitire opes,ſuas exorbere atteſtatur,et cū horum admonetur ſubdit, et a bonis uiris repre⸗henditur,non negat,ſed palam fatetur, atq; gloria tur licere ei,qua uis ratione patrimonium Eccle⸗ſiæ a Conſtantino donatum, ab occupantibus ex⸗torquere,quaſi eo recuperato, religio Chriſtiana futura ſit beata, rurſus ut igitur recuperet cætera membra donationis inquit, male ereptas a bonis uiris pecunias, peius effundit, militum equeſtres, pedeſtreſq; copias,q̃bus oīa infeſtanẽ alit,cū Chri ſtus ĩ tot milibus pauperum fame, ac nuditate pe reat,nec mirum hoc in eo homine,cum tãtæ mor

daciratis

dacitatis fuerit,ut Ariſtotelē philoſophorū Prīci/
pē carpere nō dubitarit,& oēs linguę latinę autho
res ita mordere,ut nemini pepercerit,Sed proh do
lor Romano Ciui apoſtolicę ſedis ęmulo,quicq̄d
libuit,dicere ſi licuit, p̄cipites cur ſe plurimi alii de
dere,qui de huiuſmodi donatione inſtinctu Spiri/
tus ſancti facta,tot ineptias,tot nugas , ac mēdacia
ſentientes donationē hanc infringere conati ſunt?
Errauit quippe Dātes poeta Florētinus ī ſua mo/
narchia,errauit in Dialogo ſuo Pius papa, in libel
lo quē ſcripſit ad Baſilienſe conciliū de concordā
tia catholica,errauit Nicolaus de cuſſa Cardinalis,
ſeipſum decepit Vlrichus Huttenus ī præfatione
ſua ad Leonem.X.Pont. Max.in apoſtolicæ Can
cellariæ practica,canonicus Barcinonenſis impia
atteſtatus eſt,Plane Conſtātinus Imperator urbē
Romā,Siciliæ regnū,Neapolitanumq;,uniuerſam
Italiam,tres Gallias,duas Hiſpanias , Germanos,
Britannos,totum deniq; occidentē Romanæ Ec/
cleſię ſi donauit,uel magis relaxauit,Romanū im
periū diminuere Cæſari ſi licuit,ſucceſſores in im
perio ſi ligare potuit,ſi ad humile oppidū ſe con/
ferre,deinde Bizantium, ſi priuilegiis tot Roma/
nam Eccleſiam inſignire , ſi Sylueſtrum Roma/
num Pontificem, & indubitatum papam , & alios
ſucceſſores in patronos recognoſcere,ſi priuilegio

rum ipſorum perpetuam ſobſeruantiam Populis omnibus, Gentibus, ac Nationibus, & tandem uniuerſo Orbi præcipere ſibi fas fuit, Solæ Leges ſciunt, Canones dictanr, Legiſtarum, atq; Canoniſtarum ſchola docet. Enimuero de Conſtantini donatione, quid theologus ſcit? quid Poeta? quid Rhetor? quid Philoſophus? Lege qua duce locutus eſt Valla? quid commune cum legibus Poeta habuit? boni quid ędidit Vlrichus Huttenus? qui nugas multas Leoni Decimó Pontifici Maximo perſuadere contendens, hoc tantum perſtringere gloriatur Vallæ libellum, ueluti ex tenebris in lucem, de interitu ad uitam reuocaſſe, Deinceps quid Reuerendiſſimus Nicolaus de Cuſſa Cardinalis? quid ſupremus antiſtes Pius papa? dum ea quæ de Conſtantini Donatione leguntur, Apocrypha eſſe uterque affirmat? Proinde legalis diſciplinæ eruditioni Dantes poeta Florentinus operam ſi nauaſſet, infandum Anathemæ nomen aufugiſſet: Supremus Antiſtes Pius papa, dum in minoribus eſſet, Dialogum ſuum comite Lege, ſi duxiſſet, Theologi de beneficiorum pluralitate, nota caruiſset Quippe ſi ab Imperatoribus communes leges emanaſse; Si Cæſarem ſacratiſsimis ſuis legibus Conſtantini Donationem pluries approbaſse certum eſt, pro exoneranda conſcientia,

Spiritus ſancti inſtinctu uniuerſi orbis Monarchia ſi a Cæſare Romanæ Eccleſiæ tributa,ſeu reſtituta eſt,audax quis ei,Cur ita feciſti dicere audebit? quomodo Romano Pontifici Chriſti uices gerēti, uniuerſi orbis temporalium, atq; ſpiritualium Monarchiam non licere affirmabit? Ipſius ac Romani Pontificis,Cæſaris quoq; iuriſdictiones inter ſe differre comprobabit? Papæ an Cæſar ſubiectus ſit,Cur Imperatorem approbet Papa,confirmet,inungat,coronet,deponat,ac imperium tranſferat inueſtigabit? Reliquum eſt Illuſtriſsime Princeps,ut Chriſtianiſsimi Imperatoris Conſtantini Donationem inſtinctu Spiritus ſancti Romanæ Eccleſiæ factam aggrediamur,an uera fuerit, Cōſtantino an hoc licuerit legalibus,ut decet fundamētis, chriſtianiſsimis ac rationibus diſcutiamus, et ad utranq; partem arguendo,ueram tandē,indubitatamq; concluſionem ponamus, Tu uero PRINCEPS optime lucubratiunculas has tenues,& imbecillas,pio tamen affectu elaboratas, accipe,ubi ſiquid boni,& catholicę dictū reperies,Deo Optimo (a quo bona cuncta procedunt) tribue, ſiquid mali,id totum Inertiæ meæ,& Imbecillitati aſcribe.

¶ Cæterum aduerſus Cōſtantini Donationē primo loco nuper hæreticorum impia concluſio eſt,

Dum certū eſſe mēdaciū inquiūt Conſtantinum Imperatorem ipſi Romano Pōtifici prouincias, regimen, & poteſtatem dediſſe in terra, & mundo hoc inferiore, Cum e diuerſo Chriſtus dicat Matthæi ſexto, Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi erugo, et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt, et furantur: Et rurſus, Non poteſtis ſeruire Deo, et Mām̄onę, Quippe doctrina Hęreticorū hæc impia ualde, ac erronea ſummopere eſt. Idcirco ut ipſi errores ſuos corrigāt, Catholici de hoc claram determinationē habeāt, plurima hinc inde urgentia argumenta ualde audiant. fidelem inſuper, indubitatamq; materiæ deciſionem accipiant, perlegant, ac fateantur.

¶ Secundo igitur loco, quod Conſtantini donatio non ualuerit, arguunt fideles ab Ethimologia nominis Auguſtus, Imperator enim dicitur Auguſtus, ab augendo, quia Imperium a Deo ſibi cōmiſſum minuere nunquam, ſed augere ſemper debet, ut ipſi inquiunt, ſcribentes in prohemio Inſtitutionum, ex quo ſequitur cōrelarie, ꝙ ſi Imperator propoſitum augendi Imperium ſemper habere debet, et contrarium faciat illius, quod facere tenetur, ex hoc ſucceſſori non præiudicare. l. iure noſtro. ff. de teſta. l. quāuis. ff. de rebus eorū, & nō tantū ſucceſſori, ſed nec ſibi ipſi, ut in dictis iurib.

¶ Tertio, pro hac parte, facit ex quo par in parem imperium habere non dicitur. l. nam magiſtratus. ff. de arbitr. ex qua regula ſequitur, ꝙ ſi par in parem non habet imperium, ꝙ Conſtantinus Imperatori uenienti poſt ſe, præiudicare non potuerit, pro quo facit tex. in. l. ille a quo. §. tempeſtiuum ff. ad trebel. cum ſimil.

¶ Quarto, confirmatur hoc, quia ſi Conſtantini donatio ualuiſſet, ex hoc Imperium ad nihilum redigi poſſet, quia ſicut Conſtantinus, pariter eius ſucceſſores hoc idem poſſent, & ſic Imperium ad nihilum redigi poſſet, quod eſt contra tex. in l. digna uox. C. de legi. ex quo cõrelarie ſequitur, ꝙ eadem ratione, qua ualeret donatio unius prouinciæ, ualeret ſigillatim omnium prouinciarum, & ſic ad nihilum Imperium reduci poſſet, quod eſt falſum, quia non poteſt, non eſſe Imperium, ut in auc. quomodo oporteat Epiſ. §. fin.

¶ Quinto, facit, nam Imperator imperii adminiſtrator tantum eſſe dicitur, ut per doct. in. d. auc. quomodo opor. Epiſco. in prin. Sed adminiſtrator non poteſt donare bona eius, cuius adminiſtrationem habet. l. qui fundum. §. ſi Tutor. ff. pro emptor, ergo nec Imperator imperii bona donare, ut ſupra potuit, ex quo cõrelarium ſequitur argumentum, ꝙ cum adminiſtratio, uel Imperato-

ris officium ad uitam ſit, licet forte de rebus quo ad perpetuam diſpoſitionem diſponere poſsit, tamen quo ad iuriſdictionem ſecus eſse dicendum eſt, ná quo ad eam in tempus ſucceſsoris diſponere iura prohibent, ut eſt tex. in. l. eum qui. ff. de iuriſdict. omni. iudi. ſequitur & ex hoc aliud corelarium, ꝙ licet Officialis poſsit quandocunq; donare res ſingulares, tamen Officium proprium a ſe abdicare non poteſt, unde Tutor bene alienat rem, ſed Officium alienare non poteſt, quin remaneat ſibi infixum, ſaltem in habitu, ut. l. inter tutores. ff. de admini. tuto. & ibi doc.

¶ Sexto, corroboratur hoc, quia Conſtantini Donatio fuit facta abſq; cauſæ cognitióe, ná fuit facta nó ꝑ imperii utilitate, uel neceſsitate, ſed prícipali quadá charitate, ergo nó durat í tépus ſucceſsoris arg. l. fin. ff. de pœn. licet enim Conſtantinus fuerit a lepra liberatus, tamen dignitas, quæ nó moritur, nec patitur, non fuit liberata.

¶ Septimo, facit ulterius ex quo Imperialis dignitas a Deo fuit inſtituta, ut. d. auc. quomodo opor. epiſ. in fin. Si a Deo igitur fuit inſtituta imperialis dignitas, ſequitur ꝙ ab homine ſupprimi nó poſsit, et ſucceſsiue ſi præceſsor non facit id quod facere tenetur, ſucceſsorem ratum habere nó teneri, ſed impugnare poſse quinquageſima tertia diſt. c.

uerū, bonus tex. in l. iubemus. §. yconomus. C. de ſacr. ſan. Eccl. Sed Conſtantinus donando nequaquam functus eſt officio ſuo, minuēdo honorem propriæ Maieſtatis, merito &c.

¶ Octauo, pro iſta parte urgēs adducitur ratio, ex quo pſonalis cauſa non debet parere realē effectū, & cauſa finita producere non debet effectum infinitum, quinimmo tēporalis cauſa effectus coharctat ad tempus, ut. ff. de pigno. l. lex uectigalis, & alias cauſa ſecunda, prima cauſa diuturnior eſse non poteſt. l. eū qui, §. fin. ff. de iuriſdi. omni. iudi. in propoſito igitur eſto, ꝙ donatio facta per Conſtantinum aliquo modo ualuerit, hoc interpretandum nihilominus eſt, durāte Cōſtātini uita, ex ea tamē nō ligari ſucceſsores, ne ſecunda cauſa ſcilicet donatio, diuturnior ſit pª. cauſa, uidelicet uita ipſius donātis, et hoc eo magis queādmodum ſupra declaratum eſt, cū ius Conſtantini ſuper imperio eſſet ad uitā, & per conſequēs ſibi non licuerit illud in aliū transferre in perpetuū, pro quo facit bonus tex. in l. peto. §. prædium. ff. de legat. ii.

¶ Nono, corroborātur pdicta, quia imperiū indiuiſibile eſse dicit̄, queādmodū habet̄ in. d. auc. quo modo opo. epi. in pri. & alias indiuiſibile ens trahit ad ſe nō ens. l. ſi is q duos. ff. de libe. leg. l. Impator ii. ff. de ſtat. hom. Si ergo impiū qd indiuiſibile eſt,

& ens trahit ad ſe non ens, ſequit̃ ꝙ Conſtãtinus imperator imperii partẽ a ſe abdicare, & partem retinere non potuerit, quod quidem comprobatur ex eo Ariſtotelis. xv. methafiſicæ, ſcilicet entia nolle male diſponi, nec bona pluralitas prĩcipatus, alias contra publicã utilitatẽ eſſet, unus ergo prĩceps.

℄ Decimo, cõrelarie facit, quia ſi Conſtantini donatio ualuiſſet, ſequeretur ꝙ imperii forma mutata fuiſſet, quæ eſt, ꝙ per unum regatur iuxta tex. in. l. ii. §. nouiſſime. ff. de origin. iur. et ſi mutata forma, ergo imperium corruptum contra tex. ibi. & in d. auc. quom. opo. epiſ. in prin. ne imperii igitur corruptio proueniat, ſeu ſequatur ex hoc, donationem huiuſmodi Conſtantini nullo iure ualuiſſe dicendum eſt.

℄ Vndecimo, ulterius facit, nam Imperator authoritatem, & poteſtatem habere dicitur a lege Regia, cuius forma eſt, ut per unum regatur, non autem in plures imperium diuidatur, iuxta notata in c. nouerit extra de ſenten. excõmu. ſi ergo poteſtate tantũ Regia utitur Imperator, ſeq̃tur ꝙ donãdo, impii iura diuidere nequeat, merito iualida dona.

℄ Duodecimo, comprobatur hoc, quia Rex non poteſt alienare populũ ſuum, & ei darẽ aliũ Regẽ, quia populus eſt liber, licet ſub Rege ſit, ut in auc. de heredi. & falcidi. §. p°, & præſertim populus Ro

manus

manus,ſed liberorũ nulla eſt alienatio, quia nõ ſũt
ĩ cõmercio.l.liberi,ff.de cõtrahen.emptio.quinim
mo nec uaſalli alienãdi ſunt.ff.de cõmiſ.libe.l.inui/
tus,niſi adeo uaſalli ſint,ꝙ quaſi ſerui ſint,ſicuti ſũt
Aſcriptitii,ut.l.ſiquis inq̄linos.ff.de lega.i. Sed Cõ
ſtantinus Imparor donãdo Romano Pont.popu
lũ ſuũ indebite alienauit,merito inualida donatio.
❡ Tertiodecimo,corroboratur etiam hoc,ex quo
Imperator nõ poteſt ea facere,ꝑ quæ enormiter lę
dereẽ imperium,ut habeẽ in.c. intellecto extra de
iureiur.et ratio eſt illa de qua in præcedẽtibus, q̄a
Imperator potius Adminiſtrator, q̄ Dñs imperii
eſt,ex quo ſeq̄tur in ꝓpoſito,ꝙ ſi in Cõſtantini po
teſtate imperiũ lædere nõ fuit,ꝙ donatio ꝑ eũ fa/
cta,tanq̄ imperium ſummopere læſerit,proculdu
bio inualida cenſenda ſit,et pro quo plura ponunt
Canoniſtæ in.c.ſecundo extra de donatio.
❡ Quartodecimo,prędictis addiẽ qđ habetur in
l.iubemus.§.ſane.C.de ſacroſan.eccl.ꝑ quẽ tex.cõ
cludũt ibi Doctores,ꝙ pactũ factũ ſuper iure pu/
blico cõtra publicã utilitatem nõ tenet,quominus
cõtraueniri poſſit,ad qđ ſimilis addiẽ tex.in.l. trã
ſigere,C.de trãſa.Si ergo pacto facto ſuꝑ iure pu/
blico cõtra publicã utilitatẽ cõtraueniri poteſt,er/
go et iuriſdictionis alienationi per Conſtantinum
ut ſupra factæ,contra publicam Imperii utilitatẽ.

¶ Decimo quinto, Rurſus facit, quia Donatio facta per Conſtantinum Romano Pontifici fuit, reſpectu iuriſdictionis, ut eam haberet Papa tēporaliter, & ſpiritualiter, ſed lex alibi dicit, ꝙ ſi millies Imperator a ſe imperium abdicare ueller, non poſſet, niſi ſuperiori daret, ut. l. legatū. ff. de officio preſ. modo ſi hoc uerum eſt, ſequitur neceſſario Conſtantini donationem nō ualuiſſe tanquam nō collatam in perſonam ſuperioris, & ſucceſſiue Papam in, & ſuper rebus ſibi a Conſtantino donatis, nullam habere iuriſdictionem, tanquam a ſe ipſo Cōſtantinus abdicare non potuerit, niſi in manibus Populi Romani, a quo Conſtantinus ipſe Imperii ius cōſecutus fuerat, & ita eleganter declarat Iaco. Butrigar. in. l. Legatus. ff. de officio preſid. ubi eſt caſus, & optima glo.

¶ Sextodecimo, Corroboratur præcedens argumentum, ex quo mandati fines diligenter cuſtodiendi ſunt, uulgata. l. diligenter. ff. manda. in prin. ſed per Romanum populum fuit Imperiū trāſlatum, ut per unum gubernaretur, non autem p plures, ut per Imol. in rub. ff. de uerbo. obliga. Et in ſuperioribus declaratū fuit, merito ſupuacanea Conſtantini donatio, ſeu tranſlatio per eū in Romanū Pont. facta, dicenda eſt, cum imperii ſibi commiſſi fines Conſtantinus donando exceſſerit.

¶ Decimo ſeptimo, Pro iſta parte adducitur opi-
nio illa ſcribentiũ per illum tex. in. l. digna uox. C.
de legi. ubi dicũt indifferenter, & generaliter; Impe
ratorẽ nullo modo ſibi legẽ imponere poſſe, a qua
ſibi uel ſucceſſori ſuo recedere nõ liceat, cuius con
ſequens eſt, dato millies, ꝙ cõſtantini donatio ple-
no iure ualuiſſet, ſibiq; eam facere licuiſſet, pariter
eidem ſi uoluiſſet licuiſſe, & ſucceſſoribus licere, ta
lem donationem reuocare, diſcendendo a lege, ſeu
ordinatione, per Conſtantinum, ut ſupra facta.

¶ Decimo octauo, Plurimum facit, quia cum di-
cta Donatio Conſtantini fuerit cum plenitudine
iuris, iuriſdictioniſq; abſq; ulla reſeruatione, de iu-
re inualidam eſſe, ex quo Princeps in præiudiciũ
ſui Imperii omnem a ſe abdicare iuriſdictionem
non poteſt, ut ſingul. per Doctores in. c. intellecto,
extra de iureiur.

¶ Decimonono, aduerſus Conſtantini donatio-
nem etiam facit, quia Pontificalis dignitas, & Im-
perialis, ſunt ad inuicem diſtinctæ, quod probatur
authoritate Philoſophi ſecũdo de anima dicẽtis,
ꝙ potentiæ diſtinguũtur per actus, ſequitur ergo
ꝙ ubi ſeparatæ, & diſtinctæ ſunt actiones, etiam ſe
paratæ ſint poteſtates, ſed regimen temporalium,
& ſpiritualium ſunt actiones ſeparatæ, ergo ſimul
eſſe non poſſunt, quia ſeparatorum ſeparata eſt ra-

tio,& de ſeparatis nõ infertur.l.fin. & ibi Bar.ff.de calum.unde ſequitur in propoſito,ꝙ cum ſpiritualis, & tẽporalis iuriſdictio ſint diſtinctę ad inuicẽ, & incõpatibiles,ꝙ Papa iuriſdictionis huiuſmodi capax nõ fuerit,& ſucceſſiue Conſtantini donationem non ualuiſſe,& ꝙ ſpiritualis ,& temporalis iuriſdictio diſtinctæ,& ſeparatæ ſint , ultra deducta ſupra , colligiť ex pluribus, Nã primo creauit Deus cęlũ , & terrã,Geneſ.p°.xxiii.q.v.c.quid ergo in princi.quod intelligit beatus Auguſtin.ſpiritualem,& corporalem creaturam ,quæ non communicant in materia , & diuerſa requirunt regimina, quia aliam,& aliam habent ordinationem,ergo neceſſario diſtinctæ ſunt poteſtates,eodẽ modo creauit Deus lucem,& diuiſit lucem a tenebris,Sed ſicut exponit idem Auguſt. & alii ſancti Doctores, per lucem ſpiritualia ſignificantur,& per tenebras temporalia,ergo ſic diſtinguũtur,& differunt ſpiritualia a temporalibus,ſicut lumen a tenebris,ergo & poteſtates utriuſqꝫ regiminis omnino diſtinctæ ſunt.Additur & aliud ad hoc , Nã quarto die Deus fecit duo luminaria magna,uidelicet Solem & Lunam,p quæ dici poteſt pręfigurata poteſtas, ut per luminare maius ſpiritualis intelligatur poteſtas,p luminare minus temporalis , de quo in.c. ſolitę extra de maiori.& obedien.et rurſus poteſta

tes

tes has fuiſſe diſtinctas in lege ueteri,facit quia ĩ ea duplex fuit unctio,Pontificalis ,& Imperialis.c.cũ ueniſſet,extra de ſacr,unction.& habebãt officia diſtincta,ita ꝙ unus nõ debebat,nec poterat impune officium alterius uſurpare,ergo multo magis ĩ lege noua diſtinctæ eſſe debent huiuſmodi poteſtates,ita ꝙ una non ſubſit alteri.

¶ Vigeſimo,huiuſmodi iuriſdictionis temporalis,& ſpiritualis,Romanum Pont. incapacem eſſe, alia facit conſideratio,ne propter mixtionem diuinum turbaretur officiũ, quod minime fieri debet, ſeu cõcedi,ut.l.placet.C.de epiſco.& cleri.ad quod optimum facit argumentũ a fortiori,nam lex gratiæ maiorem requirit ſpiritualitatem in dignitate Pontificali,q̃ lex uetus,Sed ne miniſtri legis impedirentur in cultu diuino,noluit Deus,ut haberent dominium terrenorum,ut patet in tribu leui, quæ non habuit partem,uel hereditatem inter alias tribus,immo tribus iudaica,de qua fiebant Reges,& tribus leuitica,de qua fiebant ſacerdotes,diſtinctæ erant,ut habetur per Canoniſtas in clem.ut clericorum,de officio ordinar.in propoſito igitur,ſi tẽpore legis ueteris noluit Deus,ꝙ miniſtri legis haberent terrenorum dominium,ne impedirẽtur in cultu diuino,quanto magis dicẽdum eſt hoc,procedere, & maiorem ſpiritualitatem requirere præ

ſens lex gratiæ in Pontificali dignitate.
℄ Vigeſimo primo prædictis additur, quia unus duorum officium exercere non ualet, uel plurium. l. ſi plures. ff. de pact. ergo nec Papa utriuſq iuriſdictionis ſpiritualis ſcilicet, & temporalis, capax cenſendus eſt.
℄ Vigeſimo ſecundo, allegatur ad hoc tam theologorũ, q̃ canoniſtarum, & legiſtarum cõcluſio, uidelicet quos Deus ſeparat, hominẽ coniũgere nõ poſſe, ut Aquilã, & Leonẽ, et ſic Imperiũ, et Sacerdotiũ, quia ex duobus differentibus ſpecie, non fit unum numero, ut eſt tex. & ibi notant doctores in l. i. C. qui nu. tu.
℄ Vigeſimo tertio, adducitur quod habetur in. c. ſacerdotes. vi. q. i. et. c. oues, &. xcvi. diſt. c. quis dubitet, ubi diſcipulus ſupra magiſtrũ ſuum nõ eſt, nec ſeruus maior dño ſuo, nec uicarius maiorẽ habet poteſtatẽ, q̃ ille cuius uices gerit, uel ſibi duxerit cõmittendũ. l. ii. C. de offi. eius qui uicẽ alte. ger. lxxxxiii. diſt. c. fin. ſed Chriſtus ceſſit dominio regni Ioan. vi. Nã cũ cognouiſſet Ieſus quia uenturi erãt illi homines, quos pauerat, ut reciperent eũ, et Regẽ facerẽt, fugit in montẽ, ergo nõ uidetur, ꝙ in Papa Dei uicẽ gerente, aliqua regalis poteſtas ſit, ſeu eſſe poſſit.
℄ Vigeſimoquarto, facit quod ſcribit Lucę. xii. nã

cũ quidã Chriſto dixiſſet, Dñe dic Fratri meo, ut mecũ diuidat hereditatẽ, reſpõdit Chriſtus, homo quid me cõſtituis iudicẽ, et diuiſorẽ inter uos, ecce ꝙ Chriſtus hominis inſaniã nihilipẽdendo, ſuper diuiſione, tẽporaliũ recuſauit iudiciũ, et ꝑ quo accedit actuũ id. vi. nõ eſt æquũ derelinquere nos uerbũ Dei, et miniſtrare mẽſis. xciii. diſ. c. legimus i fi.

¶ Vigeſimo quinto, attẽta cõcluſione pro uera, ꝙ papa uicarius Chriſti ſit, et dei uices gerat, ut i auc. quomo. opor. epiſc. in prin. nõne Chriſtus ore proprio Pilato dixit, regnũ meũ nõ eſt de hoc mũdo, Ioan. xviii. et. xxiii. q. iii. §. i. ſi enim ex hoc mũdo eſſet Regnũ meum, miniſtri mei decertarẽt utiq;, ut nõ traderer iudæis, ex quo ſequit̃, ꝙ ſi ex hoc mũdo Chriſti Regnum nõ eſt, ꝙ in Papa temporalis nulla eſſe poſſit poteſtas, ſeu iuriſdictio.

¶ Vigeſimo ſexto, ſimilis addi poteſt euangelica doctrina, Marci. xii. et Math. xxv. dũ interrogaret̃ Chriſtus a iudæis, an Cæſari cẽſum dari liceret, uiſa imagine numiſmatis reſpõdit, reddite q̃ ſũt Cęſaris Cęſari, et q̃ ſunt Dei Deo, de quo. xxiii. q. viii §. ecce in fin. ex quo manifeſte colligit̃, duas iuriſdictiones Chriſtũ diſtinxiſſe, diuinam ſcilicet, et humanam, ad quod facit de conſecr. diſt. iii. c. celebritatem, in fin. et quæ euangelica doctrina regiſtrata reperitur in. c. i. extra de cleric. coniug.

❡ Vigeſimo ſeptimo, in his terminis omittēda nō eſt alia doctrina Euangelica Ioan. xviii. & Mathæi xxvi. Domino reprehendente Petrum uti uolentem gladio, & dicente Cōuerte gladium tuum in uagina, quod idem habetur in. c. i. extra de. ma. et obedien. quæ Chriſti uerba ſecundum planam ipſorum intelligentiam, catholice hoc importare uidentur, Romanum Pont. a temporali iuriſdictione penitus ſe abſtinere debere.

❡ Vigeſimo octauo, in cōmiſſione facta Petro per Chriſtum nunquā legimus temporalem poteſtatem aliquam ei fuiſſe datam, ſed ſolum ſpiritualē iuxta Math. id. xvi. tibi dabo claues regni cœlorū, et non dixit dominium aliquod terrenorū, et ſtatim ſubiungit ad declarationem ſpiritualis iuriſdictionis tantum, et quodcunq; ligaueris ſuper terram, &c. et de quo. xxiiii. q. i. c. quodcunq;, et. ix. q. iii. c. aliorum, Et poſt reſurrectionem dixit Apoſtolis, accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. Ioannis. xx. i. q. i. c. remiſſionem, et ſic cum in tali cōmiſsione nullum reperiatur uerbum, temporalem iuriſdictionem indicans, illius merito Petrum omnino incapacem fuiſse dicendum eſt, et ſi temporalis iuriſdictionis incapax Petrus dicendus eſt, pariter et incapaces dicendi ſunt eius ſucceſsores, cum ſucceſsor uti debeat eodem

iure

iure cũ prædeceſſore.c.Eleuterius.xliii.q.ii.c. ſigni ficauit,extra de reſcrip.l.cũ hæres.ff.de diuer.& tẽpor,pſcriptio,Petro igĩ Chriſtus terrenorũ domi nium ſi habere nõ permiſit,eidẽ quinimmò humi litatẽ oẽm pręcepit,eodem modo & ſucceſſoribus aliis præcepiſſe uidetur. Vnde ipſe Mathęi.ii.diſci te a me quia mitis ſum,& humilis corde.

¶ Vigeſimo nono, ſcribit hoc idẽ Bernardus ad Eugeniũ papá,aggredere ſubditos uerbo inquiẽs, & nõ ferro,quid uſurpare gladium tentas,quẽ ſemel in uaginá conuertere iuſſus es? et ad Thimo. apoſtolus.iii.oportet epiſcopũ non eſſe pcuſſorem xlv.diſt.ferę p totũ,unde alienã iuriſdictionẽ uſurpáti,Chriſtus pęnam cõminatur dicẽs,omnis qui gladiũ acceperit,ſcilicet alterius iuriſdictionis,gladió peribit,Math.xxvi.xxiii.q.iii.§.ecce quã mali.

¶ Trigeſimo, ulterius facit ſubtilis conſideratio, fruſtra enim uideť eſſe potentia in aliquo, quæ nõ reducitur ad actũ,ſed non uidemus,ꝙ Papa imperiali,ſeu Regali utatur poteſtate,ergo uidetur ꝙ in eo Regalis poteſtas non ſit,ſimul cum ſpirituali,et ſucceſſiue ſuperuacanea Conſtantini donatio ſit, & ita arguunt Canoniſtæ in Clem.ut Clericorum de officio ordinar.

¶ Trigeſimo primo facit, nã Papa uocať miniſter noui teſtamẽti,& eſt miniſter mãſuetudinis, & ſa-

craméti unitatis,qđ ſacramentũ repręſentat unio/ né Chriſti,& Eccleſiæ, quá ſignificat̃ unio animæ ad corpus,quia ſicut aïa uiuificat corpus,ſic Chri/ ſtus ꝑ huiuſmodi ſacramétum uiuificat animã ,& ideo gladius materialis,qui diuidit animã a corpo re penes miniſtrum ſacramenti unitatis eſſe nõ de bet,ergo nec temporalis iuriſdictio,cum ſpirituali concurrere poteſt,& eſt pulchra conſideratio.

℄ Trigeſimo ſecũdo accedit, quia ad Romanum Pont.ptinet ſuos ſubditos in uita ſpirituali uiuifi/ care.& ad diuinũ cultũ ordinare,ſicut ſcribit̃ Ioan. vii.ſpiritus eſt qui uiuificat ,caro auté non prodeſt quicquã, ergo uidet̃ ꝙ ſolũ poteſtas ſpiritualis ſit in eo,reiecta penitus omni téporali iuriſdictione,et ſic quo ad eam , inefficax Conſtãtini donatio ſit,et pro quo , bona accedit glo.in.c.quoniam.x.diſt.et ꝙ Papa exercere nequeat utrunqꝫ gladium , facit quod habetur.xxiii.q.iiii.c.quæſitum.

℄ Trigeſimo tertio,ꝓbatur ulterius hoc, cui enim non competit uti materiali gladio,is non uidetur habere iuriſdictionem temporalem,ut per glo.in.l. filius familias.§.ueterani.ff.de procu. Cyn.qui alle gat ſimilem glo.et tex,ibi in.l.fin.C.loca . alias fru ſtratorie uideretur eſſe apud eum , cum tunc eſſet ſine executione.l.ii.§.poſt originem.ff.de origi.iur. ſed poteſtati ſpirituali non competit uti materiali

gladio, ſecundũ glo. ad Roman. xiii. ſuper illis uerbis, non ſine cauſa gladium portat, merito &c.

¶ Trigeſimo quarto, pro iſta eadem parte adducitur quod habetur in. c. duo ſunt genera. xii. q. i. ubi habetur, ꝙ duo ſunt genera hominum, unũ quod diuino mancipatur officio, & contemplationi, ut clericorum, alterum quod terrenis rebus, & mundanis occupationibus deſeruire cõmittitur, ut eſt genus laicorum, & in eadẽ ciuitate duo ſunt populi, & duæ uitæ, carnalis, & ſpiritualis. c. niſi cum pridem. §. penultimo, extra de renunciation. inſuper & duo Principatus, duo militum genera, Eccleſiæ uidelicet, & Sæculi. 50. diſtinct. c. Clericum: Poteſtates etiam duæ, Pontificalis, & Regalis. lxxxxvi. diſtinct. c. duo ſunt, Quorum officia penitus diſtincta eſſe, patet ex ſupra deductis. Vnde legitur in. c. Cum ad uerum, eadem diſtinct. lxxxxvi. nec Imperator iura Pontificis arripiat, nec Pontifex Imperatoris nomen uſurpet, ex quo ſequitur in propoſito, ꝙ cum Spiritualis dignitas, iuriſdictioq́; penitus a temporali iuriſdictione, ac dignitate diſtinguatur, & alteri alterius conditiones nullo modo conueniant, quin immo habere prohibeantur, ꝙ Conſtantini donatio Syluestro Papæ facta, a principio non ualuerit, nec tractu temporis conualeſcere potuerit.

¶ Trigeſimo quinto, ultra prædicta adduci ſolet authoritas magni poetæ Dantis Florentini, qui fecit librum quendã, qui uocatur Monarchia, in quo libro diſputauit tres quæſtiones, quarum una fuit, an Imperium dependeat ab Eccleſia, & tenuit ꝙ non, et ſucceſſiue huiuſmodi non ualuiſſe donationem, cuius opinionem refert Bar. in. l. i. §. præſidis. ff. de requir. reis, & dicetur infra in reſpõſione, ubi plurimum damnabitur opinio hæc.

¶ Trigeſimo ſexto, ad infringendam Conſtãtini donationẽ, ſimilis adduci ſolet authoritas ſummi uiri Laurentii Vallę in quodam libello ſuo, quem aduerſus huiuſmodi donationem cõpoſuit, arguit enim aduerſus talem donationem pluribus mediis, et primo non fore uerisſimile Conſtantinũ Imperatorem, imperium tot laboribus partũ, maxime cũ filios haberet ſucceſſores imperii futuros, uoluiſſe donare, nec fuiſſe cõgruã remunerationẽ, ſed modũ excedentę, quod pluribus rationib. probarę nitit̃, ex quo uerisſimile nõ eſt, ꝙ Sylueſter Papa uir ſanctus, talẽ donationẽ imperii tẽporalis acceptaſſet, quaſi ordini clericali nõ conuenientem, & circa hoc plurima uerba effũdit, et ꝑ corroboratione ſuę opinionis nõnulla legalia fundamẽta adducit, ex quibus ſicuti ĩ reſpõſione infra eodẽ apparebit, ſe ignarũ iuris ualde demõſtrat, additq; in nul

lis hiſtoriis caueri de hac donatione,& extollés uocē,exclamat,Melchiadē papā,qui ꝓximus fuit ante Syluestrū ſcribere,ꝙ eccleſia ad hoc uſqꝫ peruenerit,ut nō ſolū gētes,ſed etiā Romani principes,qui totius orbis machinā tenebāt ad fidem Chriſti, & fidei ſacramēta cōcurrerēt,ex quibus uir religioſiſſimus Cōſtantinus primus fidē ueritatis adeptus, licentiā dedit p uniuerſum orbē ſuo degētibus imperio,nō ſolū fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi Eccleſias,& prædia conſtituit tribuēda: Deniqꝫ idē ꝓfatus princeps donaria immēſa obtulit,& fabricā tēpli primę ſedis beati Petri inſtitut,adeo ut ſedē imperialē reliquerit,ut beato Petro,ſucceſſoribuſqꝫ ſuis cōcederet, et ſunt uerba poſita.xii.q.i.c. futuram,& ſic ſentire uidetur Laurētius Valla per Conſtātinum imperatorem nullam fuiſſe factam donationē Syluestro papę,ſed Melchiadi tantū,ſeu tēpore Melchiadis ſedi beati Petri,& ſucceſſorum.

¶ Trigeſimo ſeptimo,ꝓdictis addit̃ quod ponūt nōnulli recētiores interpretes,eādē Cōſtātini donationē impugnantes, eo qđ a pluribus ſcriptū reperiat̃,multa a Longobardorū Regibus, maxime Aripto,et Lintprādo,præcipue Alpes cocias,fabinēſem agrū,Vmbriā,Sutrinā uallē,a Pipino Franchorū Rege,et Carolo filio Rauēnā,cū exarchatu Emiliā,Venetias,Hiſtriā,Forū iulii,cū infinitis lo

cis,& terrarũ imperiis,a Rodulpho Impatore Bõnoniã,& Romãdiolę partē,ĩ Hetruria nõnulla oppida a comitiſſa Amatilda,Gothfredi Hetruriæ ducis uxore,Romanæ Eccleſię fuiſſe donata,quæ oẽs donationes fuerũt factę poſt donationẽ factã, ut aſſeritur,p Conſtantinũ Syluestro papę,ex quo datur intelligi,ꝙ ſi illa Conſtãtini donatio ualuiſſet,cũ totam Italiam cõprehenderet, ut.lxxxxvi. diſt.c.Conſtantinus,a prædictis Regibus, Imperatoribus,& Principibus prædicta omnia fruſtra, & incaſſum donata Romanæ Eccleſiæ fuiſſe.

¶Trigeſimo octauo,adduci ſolet ꝓ iſta parte authoritas chriſtianiſſimi uiri Antonini Epi Florẽtini pª.parte hiſtoriali tit.viii.c.ii.§.viii.ubi tertiũ dubium eſt inquit de donatione facta Eccleſiæ a Cõſtantino,de qua habeẽ in decretis diſt.xcvi.c.Conſtãtinus,ſed illud cap.ut ipſe ſubdit nõ habetur in antiquis decretis.et Raphael Volaterranus ĩ hiſtoria ſua de uita Conſtãtini magni idẽ cõprobando inquit ſic,de dono Cõſtantini,aut cõceſſione,apud nullos extat authores,præterq̃ in libro decretorũ, idq; in antiquis uoluminibus minime cõtineri,author eſt Antoninus pręſul Florẽtinus ĩ chronicis.

¶Trigeſimo nono, adducitur etiam authoritas cuiuſdam Hieronymi Cathalani Canonici barcinonenſis ĩ libello quodam ſuo,cui titulus eſt,præ-

ctica cãcellariæ apoſtolicę,ubi donationi huiuſmo di detrahẽdo,de tali donatione apud probatũ ali/ quẽ hiſtoricũ quicquã ſe legiſſe negat, præſertim eos q ſcripſerũt illa etate,uel illi ꝓxima, nã nec Eu ſebius ſubdit ipſe,qui fuit diligẽtiſſimus ſcrutator & narrator rerũ chriſtianarũ meminit,quod tamẽ nullo modo uidebat̃ omittẽdũ, nec Hiero.Augu. Ambroſi.Baſilius,Ioan.Chriſoſt.nec Ammianus, nec hiſtoria tripartita,nec ipſemet Damaſus Papa in ſua chronica,nec Beda,nec Oroſius meminerũt, & conſtat p plureſ q̃.CCC.annos poſt Conſtanti nũ,Imperatores tenuiſſe gubernacula Vrbis,& Ita liæ p duces,præſides,& exarchos, & urbis Roma næ uſq; ad tempora Innocẽtii.II.ut patet aperte in chronicis,& hiſtoriis,& de Iuſtiniano patet in.l.i. & ii.de offic.pręfect.prætor.aphricę,& in prohem.in ſtitu.& in epiſtola inter claras ibi noſtrũ firmat im periũ,& in.l.fin.C.de uete.iur.enuclean. & in.l.bene a Zenone.C.de quadriẽnal.pręſcriptio,& in auc.ut etiã Romana eccleſia,ibi ad eccleſias noſtras,& uſq; ad oceani receſſus,& in auc.ut proponatur nomen imper.& in uita Phocæ Imperatoris legitur impe traſſe Pantheon Bonifacium Papam ab eo: Vnde ergo habuerit Terras Eccleſia, uide geſta ſubdit ipſe Caroli Magni, & Pipini, & collecta nouiſſime per Bartholomæum Platynam Bibliothecarium.

qui omnia inſtrumenta pertinentia ad ſtatum Ec-
cleſiæ in temporalibus,præſertim circa acquiſitio-
nem terrarū,& aliorum iurium,& cenſuū,collegit
in ualde magno uolumine,et de qua donatione ,et
curatione lepræ Conſtantini admonet nos legere,
quæ late ſcribit Rhenus epiſcopus paduanus in hi
ſtoria ſua de uita Pontificum.

¶ Quadrageſimo,eandē hanc opinionē aduerſus
Cōſtantini donationē longo apparatu confirmare
conatus eſt quidā doctor ultramontanus nomine
Vlrichus Hutteni,qui Laurentii Vallæ declama-
tionem aduerſus talem donationem comproban
do in quadam præfatione ſua ad Leonem.X.Pon
tificem Maximū ſummopere reprehendit eos,qui
ſcelerate,ut ei uidet̄,mentiti ſunt de Cōſtantino,et
in Romanos Pont.irruendo,pſertim hos,qui hu-
iuſmodi donationi inheſerūt, chriſtianorū hoſtes
illos uocat,qui oīum ad ſe opes traxerūt , omnib.
liberis ſeruitutē moliti ſunt,qui imperio Reges,pe
cunia Ciues diſpoliabāt,qui palliatos nobis ab ur
be tāto patrimoniorū noſtrorū diſpēdio epos mit
tebant,aut uicarii fuerūt Chriſti, qui illius uicem
non geſſerunt,quo deſcriptum eſt , In pace factus
eſt locus eius,uel ſi tyranni ſunt qui in liberos im-
periū ſibi deſumunt,quis hoc magis facit,q̄ is qui
libertatis cōſeruatorē,hoc eſt Romanorū principē

in

in ſeruitutem adſerit,& pertinaciter in hac opinio-
ne inſiſtendo,dicit Vallam Pontificibus non male
dicere,ſed ĩ Tyrãnos uera dicere, et alibi ꝓbaſſem
apud te piaculare figmentum inquit,quod de Cõ
ſtantino mentiti ſunt illi pſeudo Pontifices,qui oc
cidentis imperium cum urbe Roma,gentium do-
mina,conceſſum ab hoc ſibi contenderunt,quorũ
in hoc potiſſimum miror audaciam, quod ueriti
non ſint id affirmare,quod crediturum neminem
ſcirent,ſed Germanis perſuaſuros ſe putabant,ut
pote quos cerebrum non habere fama eſt,atq; igi-
tur ingenio uſi non ſunt,Quippe ſi fuiſſet cum ali-
is ſibi gentibus negocium,utiq; non ſic frigida eſ-
ſet hæc efficlio,et cautius moliti hoc commentum
eſſent,et alibi Pontifex,nemo fuit inquit, qui ſæcu
laria ad ſe regna quomodocunq; etiam pertraxe-
rit,nec Vicarius Chriſti, aut Petri ſucceſſor fuit,
quiſquis piacularem Conſtantini donationẽ, quæ
nec facta unquam eſt,nec fieri potuit,adſeruit, cu-
ius ego ſubdit ipſe improbationem tantum abeſt,
ut impiam putem,ut uehementer Pontificiæ digni
tati detrahere eos exiſtimẽ,qui hanc probẽt,quod
ipſi Leoni.X.Pont.Max.perſuadere cupiens, for-
malia uerba hæc ſubdit,Tibi uero gratiſſimum fa
cere me confidam,qui reiectum nuper, & damna-
tum hac de re Vallæ libellum,ueluti ex tenebris in

lucem, ab interitu ad uitam reuocem, quin etiam ipſum tibi dedico, ut teſtatum ſit, quã te Pontifice renata libertate, uerum dicere licuerit omnibus, uerumq; ſcribere.

¶ Quadrageſimo primo, omittẽda nec eſt alia authoritas in propoſito Nicolai de cuſſa Cardinalis tituli ſancti Petri ad uincula, in quodã libello ſuo, quem ſcripſit ad Baſilienſe Concilium de concordantia catholica libro.iii.capite.ii.ubi de Conſtantini donatione uerba faciens: Hanc radicem quoad potui inueſtigaui inquit, præſupponens hoc etiam indubitatum eſſe, Conſtantinum talem donationem facere potuiſſe, quæ tamen quæſtio nec ſoluta eſt hactenus, nec ſoluetur uerisimiliter unquã: Sed ĩ ueritate ſupramodum admiror, ſi res ita eſt, eo quod in authenticis libris, & ĩ approbatis hiſtoriis non inueniẽ, relegi ſubdit oĩa, q̃ potui geſta imperialia, ac Romanorum Põtificum, hiſtorias ſancti Hieronymi, qui ad cuncta colligendum diligẽtiſſimus fuit, Auguſtini, Ambroſii, ac aliorum opuſcula peritiſſimorum, reuolui geſta ſacrorum conciliorum, quæ poſt Nicenum fuere, & nullam inuenio concordantiam ad ea quæ de illa donatione leguntur: Sanctus Damaſus Papa ad inſtantiam beati Hieronymi actus, & geſta prædeceſſorum dicitur annotaſſe, in cuius opere de Syluestro Papa

nō ea inueniūt, quę Vulgo dicūtur, legit rurſus inquit in certis Hiſtoriis, Conſtantinū a Sylueſtro baptizatum, et ipſum Imperatorem tres illas ſan/ cti Ioannis, ſanctorum Petri, & Pauli Eccleſias mi/ rifice ornaſſe, ac annuos multos redditus e diuerſis maſſis terrarum in diuerſis Prouinciis, & Inſulis, pro continuando ornatu lampadarum Balſami, & Nardipiſtici, & cæterorum donaſſe, de quibus omnibus particularem mentionem in Pontificum Libro reperies, Sed de donatione temporalis Do/ minii, aut Imperii occidentis, nihil ibi penitus con/ tinetur, Et alibi ſubdit ipſe Romanos Pontifices Imperatores fateri Dominos, Scribit enim Aga/ tho Papa ad Imperatorem Conſtantinum, qui ſex tam Synodum congregauit, & multis annis ſecu/ tus eſt, Primum quomodo urbs Roma ſit ipſius Imperatoris ſeruilis Vrbs, & Bonifacius papa ad Honorium, qui dicit ꝙ Eccleſiæ Romanæ ipſe ha bet regere ſacerdotiū, ſed Imperator humanas res, & in fine dicit Romā eſſe Vrbem ſuæ māſuetudi/ nis, queadmodū habetur. xci. diſt. c. eccleſiæ, & ali/ bi, ſe nunquā legiſſe atteſtatur, quin uſq; ad Pipini tēpora Imperator remāſerit in poſſeſſione locorū pſatorū, nec unquā legiſſe aliquē Romanorū pon tificū uſq; ad tēpora Stephani ſecūdi in illis locis noīe. S. Petri aliquid iuris preſumpſiſſe habere, ſub

ditq; ibi, hæc uera credere, non obſtante famigera opinione de contrario, quæ in palea habetur Con ſtantinus.lxxxxvi.diſt. quoniã, abſq; dubio ſi non fuiſſet illud dictamẽ apocryphũ, Gratianus in ueteribus codicibus, & Canoniũ collectionibus inuenisset, & quia non inuenit, nõ poſuit, unde q̃ poſtea addidit ꝑ palea, ita illam confinctam ſcripturam poſuit, ſicut multa alia inueniũtur ex apocryphis libris inſcripta, Et iterum ego etiam inquit ad longum hãc ſcripturam in quodam libro inueni, quę multo plus continet, quã ea, quæ in decreto ponitur, & diligenter eam examinans, ex ipſamet ſcriptura argumẽta manifeſta confinctionis, & falſitatis repii, q̃ pro nũc lõgũ, & inutile foret his inſerere: Etiam eſt aduertendũ inquit, ꝙ tex.lxxxxvi. diſt.c. Conſtantinus, eſt ex legenda ſancti Syluestri extractus, et fundat ille qui impoſuit decreto authoritatem ipſius tex. in approbatione Gelaſii, i ſynodo. xv. diſt. quæ incipit, ſancta Romana Eccleſ. quod quidem pauci roboris eſt, quia dicit authorem ignorari, & tamẽ per catholicos legi, & eapropter legi poſſe, qualis ſit approbatio ſubdit ipſe, quiſq; conſiderarę poteſt: Multæ enim ſunt hiſtoriæ ſancti Syluestri, una in qua hoc non inuenitur, quam ſanctus Damaſus ponit, Alia cuius author ignoratur, quam tex. non dicit uerã, ſed legi poſſe,

neq;

neq; dicit in illa hoc cõtineri:etiam antiqua decre
ta non habent textum,niſi uſq; ad.§. Item decreta
Romanorũ Pont.incluſiue,& ſic non inuenit in il
lis libris iſte.§.de hiſtoria Syluestri,etiã.v.uniuerſa
lis Synodus, q̃ approbatis doctorũ omniũ,& ſcri
pturam approbatarum libris mentionem facit,ac
etiam ipſa ſynodus Martini papæ,quæ fuit contra
aſſerentes unam uolũtatem in Chriſto,ſcilicet cõ
tra Petrum,& Sergium renouans approbatas ſcri
pturas,nullam tamen(ut ipſe dicit)de iſtis hiſtori
is faciunt mentionem,nec quiſquam approbatus,
aut nominatus,inter ueridicos quẽ unquã ipſe ui
derit,contenditq; de hiſtoria Vincentii.xxiiii.lib.
in fin.dicentis,ſecundum ſanctum Hieronymum,
Conſtãtinum uxorem Fauſtam,& filium Criſpũ,
crudeliter occidiſſe,& in extremo uitę ab Euſebio
Nichomediæ Epiſcopo baptizatum, in Arianam
hæreſim declinaſſe,a quo tempore inquit Hiero
nymus Eccleſiarum rapinæ,& totius orbis diſcor
dia ſecuta eſt,uſq; in præſens tempus,iſta libro de
actibus Syluestri,quem Vincentius dicit a quodã,
cuius nomen ignorat,e græco tranſlatum,ut eodẽ
lib.capite.ix. unde potius Hieronymo approbato
credendum eſſe exclamat, quam ignoti authoris
ſcripturis,quæ apocryphæ dicuntur,quando au
thor ignoratur,Textũ inſuper,qui Melchiadi pa

pæ aſcribitur,de quo.xii.q.i.c.futuram, qui uide/
tur Conſtantinianæ donationi aliquantulum fa/
uere,ac inherere: Melchiadis papæ non eſſe affir/
mat,quia Melchiades præceſſit Syluestrum,ut pa/
tet in Cathalago Sanctorum Pontificum, Et ſi
Conſtantinus fuit baptizatus a Sylueſtro ſecun/
dum commune dictum, tunc patet titulum illius
Textus falſum,quia loquitur de Baptiſmo Con/
ſtantini, & etiam ſi Melchiadis foret ille Textus,
adhuc non haberetur argumentum ex eo contra
præmiſſa, quia non dicit aliud q̃ Conſtantinum
Sedem Romanam reliquiſſe,& Petro, & ſucceſſo/
ribus conceſſiſſe,hoc eſt,ꝙ ubi fuit ſedes imperia/
lis,ꝙ ibi ſit modo Papalis,quod nõ negatur ,& ue
rum eſt Conſtantinum imperatorem tẽpore Mel/
chiadis papæ fuiſſe,& tunc Chriſtianũ,ut ꝑ Augu
ſtinum in multis locis habetur,et maxime in epi/
ſtola ad Gloriũ,et Eluſium,quæ incipit,Dixit qui
dem apoſtolus,et hoc concordat cũ Hieronymo,
atteſtatur etiã ſe uidiſſe decretum Leonis papę in
Synodo Romana,cum ſubſcriptione Epiſcoporũ,
et clericorum,et ciuiũ Romanorũ, ubi Leo papa
Othoni primo reſtituit oĩa loca ꝑ Pipinũ,et Caro
lum,et Robertũ reges,ſancto Petro data, et nomi
nãtur in eodẽ decreto oĩa loca,et nulla ibi ſit men
tio de Conſtantini donatione,idcirco iudicio ſuo

illa de Conſtantino, apochrypha eſſe credit, non omittēdo ꝓ eadem hac eius opinione, exēpla quædam ultra ꝑdicta adducere, ſcilicet, ꝙ poſtꝗ̃ Aſtulfus Rex lōgobardorū exarchatū Rauēnatē occupauit, cū multis aliis locis, et Stephanus. II. papa natione Romanus, ex patre Cōſtantino, multis legatis ad Aſtulfum miſſis rogaret impiali ditioni loca reſtitui, et facere nollet Aſtulfus: Stephanus Pipinum adiēs, eum cū duobus filiis in reges unxit, fuit enim cum eodē Stephano Orator miſſus imperialis, & a Pipino impetrarūt, ut Aſtulfum induceret, ꝙ imperio loca reſtitueret, miſit Pipinus, nec profecit: Vnde cum non poſſet ſic ab Aſtulfo reſtitutionem impetrare, ꝓmiſit Stephano ſe ui ablaturū ab eo, & ſancto Petro daturū: hoc audito reuertitur imperialis miſſus: Pipinus quæ ꝓmiſerat expleuit, forma autē huius donationis ī geſtis pręfati Stephani, cū expreſſione oīum bonorū cōtinet: Et rurſus Zacharias papa monarchiā regni Frācię ī Pipinū trāſtulit, Ludouico rege depoſito de quo legit. xxviii. q. vi. c. alius, & ex eo Sedi apoſtolicę Pipinū ſemp fauiſſe ꝑſumēdū eſt: Poſthęc Deſyderius rex iterū illas ciuitates, uel aliquas earū tp̄e Adriani ui cępit, q. Adrianus multis ad eū miſſis legatis repetiit ius. S. Petri, īpetrare nō potuit, tūc Carolus Magnus inuocatus p Adrianū recu

perauit, & iterum ſancto Petro donauit ſolẽni do/
natione, ſicuti in geſtis eiuſdem Adriani papæ cõ/
tinetur, ex quibus manifeſte conſtare certũ eſt, Cõ
ſtantinum Imperatorem, Imperium per exarcha/
tum rauennatem, urbem Romam, & occidentem
minime Syluestro papæ, ſeu aliis ſucceſſoribus de/
diſſe, uel donaſſe, unde continue legitur Imperato
res uſq; ad tempora præfata ſicut prius pleno iu/
re Romam, Rauennam, & Marchiam, cum aliis lo
cis poſſediſſe, quemadmodum habetur. lxxxxvi.
diſt. c. bene quidem, ubi dicitur de patricio præfe/
cto nomine Adoacris Regis, & lxiii. diſt. c. agatho.
& lxxxxvi. diſt. c. cum ad uerum. cũ ſimiliter latiſſi
me per ſcribentes ĩ dictis iuribus: hinc Romanos
Pontifices donationem huiuſmodi pro uera aſſe/
rentes, illi ac inherentes, dedecorare Pontificatus
maieſtatem aiunt, dedecorare ueterum Pontificũ
memoriam, dedecorare religionẽ Chriſtianam, &
omnia cędibus, minis, flagitiiſq; miſcere, ſuã enim
aiunt eſſe urbem Romam, ſuum Regnum Siciliȩ,
Neapolitanumq;, ſuam uniuerſam Italiam, Galli/
as, Hiſpanias, Germanos, Britannos, ſuum deniq;
Occidentem, hæc enim cuncta in ipſa donationis
pagina contineri dicunt.

¶ Quadrageſimo ſecundo, pro Conſtantinianæ
donationis inualiditate, alia accedit magni uiri au

thoritas

thoritas,ſupremi ſcilicet antiſtitis Pii Papæ ſecundi,in Dialogo quodam ſuo,qui dum eſſet in minoribus,materiam hanc tractauit, Et per multa tenuit talem Conſtantini Donationem nullo pacto ualuiſſe,& inuehitur ibi cõtra Legiſtas,qui(ut ipſe dicit) laborant diſputare,an ualuerit,quod nunquam fuit.

¶ Quadrageſimo tertio, corroborantur omnia hęc,ex quo electus in Imperatorem,poſt talem electionem,iurat in manibus Electorum,bona,& Imperii dignitates non minuere, De quo Iuramento habetur per glo.in.c.ad apoſtolicę.de re.iudi.in.vi. et quod Iuramentum uiolare in poteſtate Imperatoris non eſt,iuxta not.per Doctores ibi: ex quo ſequitur ꝙ cum per Conſtantinum tale fuerit praeſtitum Iuramentum in manibus Populi Romani,ꝙ in poteſtate ipſius Conſtantini poſtmodum non fuerit bona,ſeu dignitates Imperii ſibi traditi,ſeu commiſſi,alienare,uel donando diminuere.

¶ Quadrageſimo quarto,& Vltimo, corroborantur ulterius prædicta,ex quo Imperatores omnes ante eorum Coronationem in manibus Papæ,ſeu Delegati a Papa ad coronandum Imperatorem, iurant,contra huiuſmodi Conſtantini priuilegia, & donationem,& aliorum Imperatorum,Regum, Principumq; priuilegia non uenire,ſed manutene

re, & inuiolabiliter obſeruare, ſicuti plene habetur in Clem. Romani. de iur. iur. Ex quo datur intelli gi φ ſi Conſtantini donatio ualuiſſet, φ iuramenti huius præſtatione ab Imperatore nequaquam, ut ſupra opus eſſet.

cenſis Iureconſulti in Conſtantini Donationem Secunda Pars.

HABES Hactenus Optime PRINCEPS fundamēta plurima, ex quibus Legiſtarū & Canoniſtarum ſchola Conſtantini donationē irritam, et inanē aſſeuerat, ipſamq; donationem ſuperuacaneā eſſe probat, Nunc ſecundo hoc loco, ꝙ immo Conſtantini donatio Sylueſtro Papæ, et Romanę catholicæ eccleſiæ facta ualuerit, et ſucceſſiue impium eſſe mēdacium aliter credere, longe plurima Chriſtianiſſime uide, ac perpende, ex quibus una cum reſponſionibus ad ſuperiora argumēta fiendis, quam iuſte Romano Pont. Romanæ ſeu Eccleſiæ donauerit Conſtantinus inſuper catholice quātū, ſanctęq; Ro. Pont. res donatas retinuerit, retineatq; in pręſentiarū facile apparebit, Idcirco ꝙ ualuerit donatio p Cōſtantinū Sylueſtro Papæ, ut ſupra facta.

¶ Primo loco facit, quia quicquid uult Princeps, ſeu cōſtituit, intelligitur uelle, ſeu cōſtituere, et lex l.i. & ibi not. doct. ff. de conſtit. princ. ſed Conſtantino ut principi, placuit omnia Ro. Eccleſiæ donaſ

ſe,de quibus mentio fit in dicto canone Conſtan/
tinus. lxxxxvi.diſt. ergo & Legi placuiſſe dicen/
dum eſt,& pro quo facit bonus tex.in.§.Scimus,ſ
aucte.de non alienan.et permutan.cum ſimilibus.
¶ Secundo facit,Nam certum eſt,ꝙ Imperator ſuc
cedit loco populi Romani,ut.l.Barbarius.ff.de of
fic.prætor.bonus tex.in.l.fin.ff.de conſtitut.princi.
ubi apparet,imperium de populo fuiſſe tráſlatum
in principem,ſed populus antequam tranſtuliſſet
imperium,donare,ſeu transferre potuiſſet in Ec/
cleſiam,ſicut í Imperatorem,ut.l.ii.§. exactis.ff. de
origine iuris,ergo potuit illud idem Imperator.
¶ Tertio,accedit,Ex quo liberalitas procedens à
principe ſpecialia multa habet.l.cum multa.C. de
bonis,quæ lib.& ſic ex quadam benignitate et iu/
re ſpecialitatis ꝓcedere debet Conſtátini donatio
etiá ꝙ imperii maieſtati aliqd detrahere uidereť,
¶ Quarto ,in fortioribus terminis procedit hoc.
Quia Imperator totus Orbis dominus eſſe dici/
tur,ut.ff ad.l.Rhodiam de iact.l.deprecatio, et ibi
doct.Si ergo uniuerſi Orbis dominus Imperator
eſt,ſequitur quicquid ſibi libuit,licuiſſe, et ſucceſſi
ue donádo,alienare potuiſſe,pro quo eleganter fa
cit,quod habetur Inſtitut.qui.alienare licet in prin
cip.bona glo.in.l.i.§.initio.ff.de offic.præſidis.
¶ Quinto,pro corroboratione prædictorum ac/

cedit, Quia tãta eſt Imperatoris poteſtas, ut illam negans quaſi ſacrilegium committat, ut. C. de ſa= crilegi. l. Sacrilegii. Et alias tantam eſſe Imperato= ris authoritatem, et poteſtatem iura dicunt, Vt ea quę ſunt priuatorum, eis auferre poſſit, & alteri cõ= cedere, ut. ff. de uentre inſpicien. l. Item ſi uerberatũ §. i. ergo magis fiſcalia, quorum dominus eſt. dic= ta. l. Deprecatio, uel ſaltem in quibus maius ius ha= bet, & de quibus iudicatur, ut de eius propriis, iu= xta notata in. l. Bene a Zenone. C. de quadrienna. præſcription. Quippe adeo fulgere dicitur Impe= rialis dignitas, et maieſtas, ut in ea immenſitas om= nis menſura ſit, quemadmodum habetur in au= ctent. de non alienan. §. Scimus, & pro quo facit bonus text. in. l. Si filius. §. Non nunquam. ff. de donatio. ubi ratione nobilitatis, ualet donatio, quæ alias non ualeret: Sed maior quæ nobilitas Impe= riali nobilitate, ac dignitate, merito et cætera.

¶ Sexto, pro eadem hac parte adduci ſolet ratio, ex quo Imperator patrimonialia ſua donare po= teſt. l. fi. in princip. & ibi ſcribentes. C. de quadrien= na. præſcriptio. Si ergo Imperator patrimonialia ſua donare poteſt, ergo et Imperialia, ſeu Fiſcalia, ad quod accedit tex. ille in dicta. l. Bene a Zenone. C. de quadriennali præſcri. bonus tex. in. l. omnes, ubi Bal. C. eodẽ tit. not. ſpecu. in tit. de feud. col. fin.

¶ Septimo ulterius facit, Nam et minor quãdoq; donat.l.Cum plures.§.Cũ tutor.ff.de administra. tuto.ex quo ſequitur in propoſito, q̃ ſi in minoris facultate aliquãdo donare eſt, quod multo fortius in Imperatoris facultate illud idem ſit, exigentibus præcipue meritis Donatarii, ſicut beati Syluestri, cuius meritis non ſolum a lepra liberatus fuit Conſtantinus, ſed etiam ab infidelitatis lepra uniuerſus Orbis quoque liberatus eſt.

¶ Octauo, prædictis additur, Nam certũ eſt quod Adminiſtratores legitimi, et Tutores pupilli donare poſſunt magiſtro pupilli, & cæteris ex cauſa iuſta, ergo fortius Imperator Papæ, qui Papa eum liberauit a lepra, & populum in fide inſtruxit, primũ probatur in.l.cũ plures.ff.de adminiſtra.tuto. §.penul.& in.§.nõnullos.l.i.de tutel. & rationibus diſtrahendis.

¶ Nono, corroborantur prædicta, Quia Imperium proceſſit a Deo, et ab Eccleſia, tanquam a cauſa efficienti, ut in auctent.quomodo oporteat epiſcop.§.i.late per Innocent.in.c.nouit de iudiciis, et in.c licet ex ſuſcepto, de foro competẽti, Bar. in extrauaganti ad reprimendum uerbo totius Orbis, per eundem Bar.in.l.i.ad fi.ff.de requi.reis, Nimirũ igitur ſi ualuit Cõſtãtini donatio, ex quo facile

res reuertitur ad eius naturam,et ex quo aliud ſe quitur corelarium argumentum,ꝙ ſtante hac con cluſione, ꝙ Imperium proceſſerit ab Eccleſia, ut a matre,iuxta prædicta, ſequi ſucceſſiue, ꝙ ualuerit donatio, quia Tutor donare poteſt bona pupilli eius matri inopi.l. cum plures.§.fina.ff.de tutel.et ra.diſtrahen.l.ii.C.de impo.lucra.deſcri.lib.x.et ꝙ Imperator Imperium ab Eccleſia habeat tāquam ab Imperii matre,et ſucceſſiue a Summo Pontifi/ce facit glo.ſingul.in.c. nouit.ii.de iudi. Hinc ui/demus ꝙ Papa Imperium transfert,et Imperato rem deponit.c. uenerabilem de elect.in.vi.xv.q.vi. c.alius,et Papæ Imperator fidelitatis iuramētum præſtat.lxiii.diſt.c.tibi Domino,et ꝙ imperiū ſub/iaceat Eccleſiæ habetur alibi in prohemio.vi.& in c.Conſtantinus.lxxxxvi.diſt.ibi imperio Roma/næ Eccleſiæ ſubiacenti.

¶ Decimo,Corroborantur deducta in præceden ti fundamento, ex quo Donatio huiuſmodi fuit facta Eccleſiæ Romanæ,penes quam etiam prius erat in habitu iuriſdictio illa temporalis quamuis exercitium eſſet penes Imperatorem, ut habetur in authoritate illa,Ecce duo gladii hic,de qua Lucæ Vigeſimo ſecundo, & in extrauaganti. Boni/facii Octaui, quæ incipit, Vnam ſanctam, & ſic

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

per Conſtantinum Imperatorem in Romanam eccleſiam nil de nouo tranſlatum fuit, præter iuriſdictionis exercitium, merito ualida donatio, ſeu tranſlatio.

¶ Vndecimo, hoc idẽ pſequitur copioſe Panormitan. Siculus conſ. ſuo. lxxxiii. col. ii. uer. ex qbus omnibus, ubi dicit Romanum Pont. intentionem habere fundatam ſuper Vrbe, & toto eius territorio, in tẽporalibus, & ſpiritualibus, nam apud Imperatorem ſolum (ut ipſe dicit) erat ante donationem, fons iuriſdictionis, & ab eo tanquam a fonte euiarunt poteſtates in alios: Proceſſerunt enim poteſtates inferiores ex magnificentia ipſius Principis, ut in auc. de exhibend. reis. §. æquiſſimum: Baldus in. c. i. de natura feud. & in. c. unico de pac. iura. firman. & ideo concludit ibi Panormitan. per Conſtantinum Romano Pontifici nil de nouo fuiſſe donatum, ſed potius fuiſſe remiſſum quod erat Eccleſiæ Romanę, pro quo allegat Ioannem de Lignan. in Clemen. Romani de iure iuran. & totam hanc Concluſionem ſuam fundat ibi Panormitan, ex quo ab Eccleſia Romana, Romanũ depẽdet Imperiũ, & Romana Eccleſia, & ſucceſſiue ſedes apoſtolica illud trãsfert de gẽte in gentẽ, & Eccleſię fidelitatẽ, & obedientiã iurat Imparor, & ſic elegãter cõcludit ibi Panormita, ſubditq; nõ

procedere

procedere rationem illam Imperatorem diminuere non poſſe iura imperii, de qua per glo. in.d.auc. quomo.opor.epiſ.in prin.ſed augere tantum debere, ut in ſuperioribus dictum eſt, quia attentis præmiſſis contraria pars uerior, & tutior eſt, Et aliud ualde notandum ſubdit ibidem ipſe, Nullo modo Imperatorem recognoſcere debere imperiũ a populo Romano, qui illud habuit per impræſſionẽ, & ſine iuſto colore, ſed ab eccleſia tantum, quę Imperatorẽ ipſum confirmat, coronat, deponit, & alia facit, ut ſupra.

¶ Duodecimo, alia accedit authoritas eiuſdẽ panormitan.alio conſ.ſuo.lxxxxv. ubi idẽ affirmando, quod in præcedenti fundamento dictum eſt, ſcilicet Imperatorem recognoſcere imperiũ a Romano Pont.tantum, non autem a Populo Romano, eam adducit rationem, ex quo id populus Romanus per impręſſionem, & ſine aliquo iuſto colore habuit, ideoq; ipſi Romano Pont. non autẽ Romano populo Imperatorem, ut ſupra, fidelitatem, & obedientiam iurare, & alia de quibus ibi p eum.

¶ Tertiodecimo, ſi ſubtiliter quiſpiam inſtaret, ꝙ immo ſacerdotium, & imperiũ ęque principaliter a Deo proceſſerint, utputa, ut frater, & ſoror, quemadmodũ probari uidetur in auc.quomodo opor. epiſ.in prin.ubi dicunt doctores, eccleſiam, & impe

rium,quodammodo fraternizare,& tunc idẽ dicẽ dum eſt,cum alia lege caueatur fratrẽ ne dũ poſſe,ſed teneri dotare ſororem,ut ſunt tex.clari in.l. cum in plures.§.fin.ff. de admini.tutor. & in.l.non enim.C,eodem titulo,glo.in.l.ii.C.ad macedonia. Si ergo frater ſororem dotare tenetur,ergo eodẽ modo imperium eccleſiam dotare obligatum fuiſſe,dicendum eſt.

¶ Quartodecimo,facit, quia Papa, & Imperator multa habent priuilegia,inter quæ ſpecialiter priuilegiati uidentur in hoc, ut donare poſſint quam cunq; quantitatẽ uoluerint,& etiã ſine ſcriptura,& inſinuatione,ut ſunt tex.in.l.ſcimus.C. de don.bonus tex.in.c.placuit.xvi.q.iii.ubi hoc in ſpecie not. Cardin. & quem tex.ad hoc allegant,& ponderãt archidia.& Ioan. andre.in.c. ego Ludouicus.lxiii. diſt.& ibi ſubdũt talẽ donationẽ reuocari nõ poſſe,& huius etiã opinionis fuit Bar.in prohe.ff.quẽ ſequit̃ ibi Albe.licet contrariũ dicat ipſe Albe.in.l. bene a Zenone.C.de quadriennal.præſcrip.ſed ad eius dicta reſpondet cardinal.in.c.expedit.xii.q.ii. Si ergo in facultate Papæ, & Imperatoris donare, ut ſupra,eſt,ſequitur ꝙ ualuerit donatio facta per Conſtantinum Imperatorem Romanæ Eccleſiæ, etiam quod per huiuſmodi donationem imperiũ aliquo modo diminutum fuiſſe certum ſit.

¶ Quintodecimo, adduci ſolet ulterius elegans tex.in.c.paſtoralis,extra de re.iudic. ubi Papa reprobat ſententiã Imperatoris latam Piſis, ubi per edicta citauit Regẽ Robertũ exiſtentẽ in terris eccleſiæ,& ſic in alieno territorio, ex quo Papa ipſe debebat requiri ab Imperatore,ut citaret Robertũ in territorio ſuo,non autem potuit ipſum Imperator citare,& iſtam quæſtionem diſputauit Cyn. Senis,de qua diſputatione Cyn.& eius pulchra diſtinctione meminit Bar.in.l.i.§.pſides.ff.de requir. reis,& ex qua Papæ reprobatione intelligi datur, ꝙ ſi nõ potuit citari rex Robertus in territorio eccleſię ab Impatore,ꝙ ualuerit donatio eidẽ eccleſiæ per Conſtantinũ facta de illo territorio.

¶ Sextodecimo, nec obliuioni tradendus eſt tex. ualde ſingul.in auc.de nõ alienan.in prin.ubi Iuſtinianus dicit ad literam,ꝙ Conſtantinus auxit eccleſiam,& eius honorẽ,ergo ex his uerbis affirmare uidetur Iuſtinianus,donationem per Conſtantinum Romanæ eccleſiæ factam ualuiſſe.

¶ Decimo ſeptimo,adducit̃ ad hoc optima ratio, quia Cõſtãtinus impium accepit a ſenatu,& populo Romano,ut eſt tex.& ibi notãt doctores ĩ canone Conſtantinus in ſuperioribus allegato,& eandem conceſſionem fecit de uoluntate eiuſdem Senatus,& Populi,ut in dicto.c. Conſtantinus, ſimi

lis tex.in.c.fundamenta de elec.in.vi.ex quo ſequitur in propoſito,ꝙ quãdo non ualuiſſet de ſe Cõſtantini donatio,ut ſupra,ualuiſſe nihilominus,& comprobatam fuiſſe,accedente uolũtate Senatus, & conſenſu populi.

℄ Decimo octauo,ex deductis in præcedenti fundamento,aliud ſequitur cõrelarium fundamentũ, ꝙ cum dicta donatio facta fuerit a Conſtãtino,& toto Senatu,et Populo,ualere ex noua.l.regia,quę de imperio lata eſt,quia non proceſſit a minori potẽtia cauſę,ꝗ prima lex regia,ſed ab eadẽ ui,et poteſtate,uel maiori ut.ff.de offi. prætor.l.barbarius, in fin.ſicut ualet authoritate populi, quod p ſe nõ ualeret,et quia populus nunꝗ moritur.l.proponebatur.ff.de iudi.ideo nõ curatur mors Conſtãtini,

℄ Decimo nono,pro huiuſmodi donatione, adduci ſolet doctrina Imol.in Rubr.ff.de uerborum obliga.ubi tenet talem ualuiſſe donationem tanꝗ factã inſtinctu Spiritus ſancti,ex eo quia facta fuit Sylueſtro papæ,qui uir ſanctus fuit, et pro ſancto canonizatus,et qui obtinuit miraculoſe Conſtantinum mundari a lepra, unde uerſimile non eſt,ꝙ tantus ſanctiſſimus Vir donationem huiuſmodi acceptaſſet,niſi inſtinctu Spiritus ſancti ꝓceſſiſſet.

℄ Vigeſimo,ſimilis adduci ſolet authoritas, Bal. in prędiis feudor.poſt medium uer.ex prędicta

diffinitione

diffinitione feudi,ubi concludit non ualere dona/tionem factam cũ pleno iure, ac iuriſdictione per Imperatorem alicui, excepta donatione facta per Conſtantinum Syluestro Papę,quia illa,ut inquit ipſe, potius diuinitatis, q̃ humanitatis fuit,ꝑ quo allegat tex.in præallegato.c.fundamẽta.§.i.de ele/ction.libro.vi.

℄ Vigeſimo primo, ꝙ talis Conſtantini donatio inſtinctu Spiritus ſancti proceſſerit, & diuinitatis, potius q̃ humanitatis intuitu, accedit alia doctri/na Rizar.de malumbra.in prohemio.ff.quem ſe/quitur ibi Bald. ubi concludit donationem illam ualuiſſe, ex quo præſumitur fuiſſe factam ratione potius diuinitatis,q̃ humanitatis,uel ratione impe rialis officii, & eo magis ualuiſſe ſubdit ibi Rizar. ex quo facta fuit cõſentiente Senatu,&populo Ro mano,ſatis cõcordando cũ his,quę deducta ſunt ſupra eodem.xvii.&.xviii.fundamẽto ꝑ iſta parte.

℄ Vigeſimo ſecundo,facit in his terminis doctri/na Alex.de Immol,in præallegata rubr.ff.de uer/bor.oblig.ubi formaliter inquit ſic,Quantũ enim ad donationem factam per Conſtantinum Sylue ſtro Papæ, concluditur eam proceſſiſſe ex inſtin/ctu Spiritus ſancti,& ideo ualuiſſe,allegat pro quo not.in.d.c.fundamenta, & in Clemen.Romani.de iur.iur.& ita reſidet ibi Alex.

¶ Vigeſimo tertio, ultra prædicta, idem comprobat Cardinal. Alexa. in allegato. c. Conſtantinus. lxxxxvi. diſt. ubi concludit donationem illā intuitu diuino, potius q̄ humano ꝓceſſiſſe, allegat ad hoc not. per Abb. in. c. per uenerabilē extra qui. fil. ſint legit. ex quibus deductis in ſupioribus quiq; fundamētis catholica, pariter & chriſtianiſſima oritur concluſio, ꝙ quæ nutu Dei aguntur, non ſubiacere diſpoſitioni alicuius legis. xviii. q. ii. c. duæ, & de regul. iur. c. licet, Bart. in. l. i. C. de ſacroſanct. eccleſ. in repetitione in fin.

¶ Vigeſimo quarto, Allegatur etiam in propoſito textus, qui reputatur ſingularis in. l. i. §. cum in urbē. ff. de offic. pretor. ubi habetur, ꝙ urbs Roma eſt Papæ, nō autē Cæſaris, ergo ualida donatio.

¶ Vigeſimo quinto, Certum eſt, ꝙ Principis contractus uim Legis obtinet. l. donationes. C. de donatio. inter uir. & uxor. ſed legem celebratam inter minorem, & maiorem, uel a maiore tantum, minor nō reuocat. l. nam & magiſtratus. ff. de arbitr. ergo Imperator ut minor non poterit donationem reuocare, Papa ut maiore reluctante, et ꝙ Papa maior ſit Impatore colligit̄ manifeſte, ex quo Papa Sacerdos eſt immediate a Chriſto, Imperium a Populo dicta. l. ii. §. cum eſſet. ff. de origi. iur. nec repugnare uidetur quod habetur in auc. de fi

de inſtrumen.in prin. Imperium fuiſſe conſtitutũ a Deo, quia intelligi debet mediante Dei prouidentia, & diſpoſitione, ut per glo. in auc. quomod. opor. epiſco. in princ. et quia Papa præeſt diuinis, & animæ, quæ immortalis eſt, Imperator corpori, quod mortale eſt, & corruptibile.

℄ Vigeſimo ſexto, pro tali donatione, adducitur etiam id de quo ſupra pro negatiua parte. xv. fundamento, uidelicet Romanum Imperatorem bona Imperii a ſe abdicare non poſſe pleno iure, niſi ſuperiori det. per tex. ibi allegatum. ff. de offic. præſid. l. legatum, in propoſito modo: Conſtantinus donando Romano Pont. certũ eſt a ſe abdicãdo ſuperiori dediſſe, ſicut eſt ipſe Deus; & ſucceſſiue a ſe abdicare potuiſſe, ſed Papa eſt Vicarius eius, ergo quaſi ipſi Deo donaſſe uidetur, & ſic ſupiori.

℄ Vigeſimo ſeptimo, deductis in ſuperiori fundamento addi poteſt quod habeẽ per Cardin. Alex. in. c. cum ad uerum. lxiii. diſt. ubi cõcludendo pro ualiditate dictæ donationis, dicit Conſtantinum partem bonorum imperii Romanæ Eccleſiæ reſtituiſſe, & partem ab Eccleſia recognoſcere potuiſſe, tanquam a Chriſto, per quem Reges regnãt, quod idem latius proſequitur in canone ego Ludouicus col. ii. eadem met diſ. lxiii. ubi dicit donationẽ illam ualuiſſe, & nullo modo ꝑ Succeſſores;

reuocari poſſe allegat,pro quo tex.ibi in uer. ī per petuum,& in.d.c.Cōſtantinus circa fin.ibi uſq; ad finem mundi,& in clem.i.de iur.iur.§.fin.

¶ Vigeſimo octauo, rurſus facit ſubtilis conſideratio Iac.butrigar.in prohemio.C.ubi licet primā fronte contrarium tenere uideatur ,attamen poſtmodum mutando ſententiam ,dicit donationem huiuſmodi ualuiſſe , quia Papa ſuperior eſt , & ex hoc acquiſitum fuiſſe ius ſuperiori, ideoq; per inferiorem reuocari non poſſe , & hoc probari dicit per rationem naturalem,quæ præcipue debet attēdi,ubi contentio eſt de poteſtate inter prętendētes ſupremam poteſtatem,nō enim cadit inter eos , ut ipſe dicit,arbiter,niſi ipſa ratio naturalis , quæ (ut teſtatur Seneca) epiſtola.lxvii.ad Lucillum, arbiter eſt bonorum,atq; malorum, conſtat enim ꝙ ſecundum naturalem rationē,& ſecundum ius gentium,prouincię eligunt ſibi Regem,ut.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur. & ideo a principio quod approbatum eſt , de iure gentium ſatis eſſe dignoſcitur, ſed per prouincias,& ciuitates ſubſunt Papę de iure gentium,ſecūdum naturalem rationē,ergo &c.

¶ Vigeſimo nono,ulterius conſiderando dici poteſt,ꝙ Cōſtantini donatio non fuerit ſimplex donatio,ex quo fuit facta cauſa remunerationis ,ſed potius quædam compenſatio ſeruitii,ſeu beneficii

accepti,

accepti,cũ donatio ſit ad quam mouetur donator nulla alia precedente cauſa,niſi ut exerceat magni ficentiam,& liberalitatem quãdam,ſed qui eſt obli gatus ad antidora.ideſt ad conſimilia dona,nõ do nat ſolum ut exerceat liberalitatem,ſed potius ut ſoluat debitum naturæ ,& remuneret beneficium acceptum,ut eſt Tex.in.l.aquilius.ff.de.donation. & in.l.ſi pater.ff.eodem titulo Deci.ubi plura cõ/ gerit ad hoc in.l.donari.ff.de regul.iur. Sed ſi be/ neficium acceptum naturaliter a quolibet retribu/ endum eſt,ſequitur a fortiori ab ipſo Cõſtantino Imperatore Syluestro Papę fuiſſe retribuendum, a quo non ſolum Corporis liberationem accepit, ſed & Animæ quoq; ſalutem conſecutus eſt, pro quo facit optimum ſimile: Nam licet inter con/ iuges prohibeatur Donatio,quando nulla prçceſ ſit inter eos obligatio naturalis. Attamen ſi inter eos naturalis præceſſit obligatio, tenet Donatio, quia illa non eſt ſimpliciter Donatio, ſed benefi/ cii accepti remuneratio,ut ſingul.concludit Abba. in.c.per.tuaſ.extra de donatio.per eundem in ru/ brica eodem titulo, cui concluſioni non obſtat ſi diceretur remunerationem fuiſſe exceſſiuam, ex quo attenta beneficii magnitudine,non potuit di/ ci exceſſiua. Item quemadmodum ſupra decla/ ratum eſt, cum talis Donatio, ſeu remuneratio,

Romanæ eccleſiæ retributa fuerit, immēſitas oīs menſura dicenda ſit,& ſic Romanæ ipſi Eccleſiæ nō poſſe uideri donatū eſſe in infinitū p tex.illū in.§.ſcimus in auc.de non alienan.cum ſimil.

¶ Trigeſimo,ad confirmationē deductorū in pce dēti fundamēto facit, qa cauſa remunerationis debita eſt in tantū,ꝙ etiā ex his quæ alias alienari ꝓhibentur,eo caſu fieri cōcedatur,ut eſt tex. in.l.iubemus nullā.C.de ſacr.ſanc.eccl.in ꝓpoſito igitur licet imperii iura minui regulariter ꝓhibeantur ,ꝓ Cōſtantinū tamē minui potuiſſe ī remunerationē tāti beneficii accepti a Syluest.Papa dicendū eſt.

¶ Trigeſimo primo,hanc eandē partē ꝓ Cōſtantini donatione,pro uera refert glo.quæ reputatur ſingul.in clemen.romani.de iur.iur.ad fin.uer.Cōſtantinū,ubi glo.recitata opinione Accurſii gloſatoris dicit donationē illā ualuiſſe,pro quo allegat not.in pallegato canone ego Ludouicus.lxiii. diſ. & in.d.c.fundamēta.§.ne autē de elect.in.vi,& pro quo ſimilis eſt glo.in.d.c.ego Ludouicus,quæ dicit ex Cōſtantini donatione nō poſſe dici imperium fuiſſe diminutum,ex quo illa fuit potius recognitio,ſeu reſignatio in manus ſuperioris, ꝙ donatio,unde potius a ſucceſſoribus cōfirmandum,ꝙ infirmandū hoc eſſe,ut ea diſ.c.Adrianus.ii. & ſic glo.illa concordare uidetur cum deductis ſupra

eodem in præcedentibus.

¶ Trigeſimo ſecūdo, Cōſtantini donationē omni iure ualuiſſe ultra p̄dicta p̄ſecutus eſt Bal. in tit. de pac. Cōſtan. uer. ſucceſſorū ſuorū, Ioann. de Imol. in rub. ff. de teſta. mili. Aret. in rub. ff. de uerb. obli. Ange. late in rub. ff. ſi cert. peta. & eandē ſententiā comprobat Guliel. de cune. in rubri. ff. & ibi idem ſequitur Bart.

¶ Trigeſimo tertio, pulchra ſcripſit ī ꝓpoſito ſingul. doctor Auguſt. de Anch. in trac. ſuo de poteſtate eccle. q. xliii. ubi cōcludit Cōſtantini donationē ualuiſſe, æque & ſucceſſores ligaſſe, & ſucceſſiue in facultate Impatoris nō eſſe illam reuocare.

¶ Trigeſimo quarto, idē tradit Platina in lib. ſuo de uita Pont. in c. de Marco pio Papa, licet repræhenſione nō parua dignus cenſendus ſit, in eo q͛d dicit ſibi fabuloſum uideri id, quod aſſerit̃ de Cōſtantino mundato a lepra.

¶ Trigeſimo quinto, plura etiā ſcribit in ꝓpoſito Vincē. lib. hiſtoriarū. xiii. q alios cōteſtes huius hiſtoriȩ adducit, & ꝓ hac donatiōe latiſſime inſiſtit.

¶ Trigeſimo ſexto, quādo p̄dicta oīa fundamēta nō ꝓcederēt, ſeu tollerent̃, adhuc ꝓ ipſius donationis ualiditate inſiſtendū eſt, ex deductis per Ioan. An. in addit. ad ſpec. in tit. de inſtrumē. edit. §. nunc autē in fin. ubi recitādo opiniones dicit ꝙ poſito

ꝙ nõ ualuiſſet talis donatio,ſecundũ opinionẽ Ac curſii,tamẽ Romanã eccleſiã tueri poſſe ꝑſcriptio ne,& dicit hanc fuiſſe queſtionẽ Iacob. de beluis.ĩ auc.quom.opor.epiſ.in pri.in ſua noua queſtione.
¶ Trigeſimo ſeptimo,hoc idẽ ſequit̃ Bal.& ꝓ con cluſione tradit in ꝓhemio.C.ubi dicit ꝙ poſito,ꝙ Conſtãtini donatio nõ tenuiſſet,eccleſiã Romanã tamẽ ꝑſcripſiſſe,cui concluſioni dicit non obſtare id,ꝙ ſubditus nõ preſcribit,ex quo eccleſia nõ eſt ſubdita imperio, quinimmo par,& ſuperior impe rio,ut habet̃ ultra deducta in ꝓcedentibus in.l.om ne.ff.de poſtula.minus obſtare dicit quod habe tur in.c.in primis.ii.q.i.ex quo dignitas non cõua leſcit inuaſore,quia reſpõdetur ꝙ ex quo diu poſ ſedit eccleſia cũ titulo,credendum eſt cũ bona fi de,quia ceſſante authore.l.generaliter.ff.de noxal. et quia licet error iuris nõ proſit ꝑſcribentibus, ta men ubi de iure probabiliter dubitatur, ꝑſcriptio prodeſt,cũ habeat̃ ꝓ ueritate argume.not.in.l.i.C. de ſerui.& aqua.& in.c.cura extra de iur. patro. & ibi per Innocẽ.& quia utile ius quod quæritur per præſcriptionẽ,contrariatur directo,ſeqtur ꝙ pre ſcriptio Romani Pont.eneruet ius Imperatoris,et licet inferior præſcribere nõ poſſit regalia contra ius ſuperioris ut.l.cõpetit de preſcript.xxx.anno. tamen Papa poteſt præſcribere regalia contra Im

peratorẽ,& ſubditos,quia capax ſupremæ poteſta
tis eſt,ſicut unus Rex poteſt cõtra alium Regem
præſcribere regalia Regis.c.bone extra de poſtula.
præla.& quicquid ſit ,inferior opponere non po/
teſt,ꝙ non teneat præſcriptio meri imperii ut.l.ui/
ros.C.de diuer,offic.lib.xii.

❡Trigeſimo octauo, obliuioni nec tradendus eſt
bonus tex.in propoſito in.l.ii.C.de legi.& ibi glo.ſi
milis tex.in.l.humanum,& ibi etiã glo.in glo.i.C.
eodem tit.ubi tribuendo iuriſdictionem donatio
ni p Imperatorem factæ dixerunt ſubditos dona
tario omnino parere debere.

❡Trigeſimo nono,donationẽ huiuſmodi Cõſtã
tini p ſucceſſores ĩ impio nullo pacto reuocari poſ
ſe,ultra allegata ĩ ſupioribus fũdamẽtis facit tex:
q ad hoc dicit̃ ſingu.in.l.fin.ff.de conſt.prin. & ibi
not.doc.& p quo ſimilis addit̃ tex.in.c.ad apoſtol.
de re.iudi.in.vi.& latius inſiſtit ſuper hoc Alberic.
in.l.i.ff.de offic.præfecti Vrbis.

❡Quadrageſimo,facit,nam clarum eſt p Papam
olim tranſlatũ fuiſſe imperiũ ex Frãcis in Germa
nos,pariter datã fuiſſe electorib.poteſtatẽ eligendi
Imperatorẽ per ipſum Papã,de quo meminit tex.
extra de elec.c.p uenerabilẽ glo.in.d.c.ad apoſtol.
de re.iudi.in.vi.& a qua trãſlatione citra Imperato
res tenuerũt imperiũ,et tenẽt uirtute illius trãſla/

tionis,ut habeť in dictis iurib.modo in pposito ex
priori titulo,poſterior declarať euētus.l.ii.C.quã.
& a qbus.iiii.parſ debe.lib.x.l.quædã cũ ibi not.ff.
de publi.nec alias poſſent ipſi germani tenere im-
periũ,niſi faterenť dictã tranſlationē, quia imperi
um ſpectaret ad deſcendētes Imperatoris græci,a
quo Adrianus abſtulit imperiũ quãdo Carolo de
dit.lxiii.diſ.c.Adrianus.ii.uel ad deſcēdentes Ca-
roli magni,in quē fuit tranſlatũ imperiũ,quãdo a
græcis fuit ablatũ:Si ergo ualuit dicta tranſlatio
imperii facta p Gregoriũ.v.ĩ germanos, prout ua
luit,pariter fateri neceſſe eſt,Papã authoritatē ha-
buiſſe ſupra impium,& Imperatores,alioquin trã
ſlationē ipſam facere nequiuiſſet,argum.c.cũ ue-
niſſet de inſtitut.& de tranſla.plator.c.inter corpo
ralia p totũ,& p quo facit.lxiii.diſt.c.tibi dño, ubi
Papa inũgit,approbat,coronat,& cõfirmat Impa-
torē,& ab eo electo iuramentũ recipit,& de quo la
tius diceť infra eodē in ſequentibus,ex quibus in-
telligi datur,ꝙ ſi Papa imperiũ trãsfert,& trãsfer-
re in eius poteſtate eſt,& Imperatorem inungit,ap
probat,coronat,confirmat,deponit,& alia facit ut
ſupra,ꝙ imperii totius orbis ipſe uerus Dñs ſit,&
longe maior q̃ Imperator ſit,& ſucceſſiue Roma-
no ipſi Pont.non ſolũ cõpetere ius ſuper reſtitutio
ne eidē facta p Conſtãtinum,partis imperii Sylue-

ſtro Papæ ut ſupra cōceſſi,& reſtituti,ſed etiam ſu per toto ipſo imperio,ideoq; iure optimo partem quā ſibi reſeruauit Cōſtantinus imperii ſui,ab ipſo Romano Pont.nō immerito accepiſſe,recognouiſſeq;,ſicuti chriſtianiſſime continetur præallegata.xcvi.diſt.c.Conſtantinus.

¶Quadrageſimo primo,ad corroborationē deductorū in pcedenti fundamēto facit optima ratio,nam aut Imperator uult fundare intentionem ſuam,& poteſtatē,ex his quæ fuerunt ante aduentum Chriſti geſta,& tunc nullo modo dicetur habere uniuerſalē poteſtatē, nec ſuperioritatē aliquā ſupra Papam in Imperio ,tum quia illa Regna,& Imperia fuerunt uſurpationes: Et ſi uult uti illis initiis , debet uti cum qualitatibus , & uitiis ſuis,& ſic dicetur uſurpator.l.cum hęres in prin.ff. de diuerſiſ.& tempor.præſcriptio.habetur in.l. Pomponius.§.cum quis.ff. de acquiren. poſſeſſio.& in.l.i. C.eodem titulo,tū quia dicta dñia,& Monarchię, nullo modo poterant eſſe uniuerſalia,nō enim cōſenſus populorū Aſſyriorū,Medorū,Gręcorū,uel Romanorū,potuit dare poteſtatē uniuerſalis imperii ſup alias puincias,ſup quas ipſi poteſtatē nō habebāt,niſi p uſurpationē.l.oēs populi.ff.de iuſti.& iur. ſimil.tex.i.l.fin.C.de iuriſd.omni.iudi.& in c.ut animarū de conſt.lib.vi,Ariſtoteles in.iiii.poli

ticorum,commenſuranda eſt enim uis legis a po/ teſtate condentis,ſicq; non potuit Lex hortenſia, qua tuetur ſe Imperator uniuerſalitatem imperii transferre in Imperatorem. Aut uult ſe fundare Imperator ex his quę fuerunt poſt aduentū Chriſti,& tunc uſq; ad tempora Conſtātini,omnes qui imperium tenuerunt,uſurpatores fuerunt,ſicut ante aduentum,immo magis,cū enim Chriſto ad/ueniēte,de quo dicitur Dñi eſt terra, & plenitudo eius,et p me Reges regnāt omne tēporale regnū, & ſpirituale,ad eū deuolutū fuerit,ceſſauit enim regnū,ſeu impium in Auguſto,& aliis uſurpatorib. qui orbem occupabant,& ipſe Chriſtus fuit uerus Rex,& Pōtifex,& Tiberius,& alii ſucceſſores,Chriſto dimittēte,& relinquēte Petrū,& alios Vicarios ſuos,tā in tēporalibus,q̄ in ſpiritualib.ut dictū eſt, fuerūt manifeſti uſurpatores,ex quo nō habuerūt imperiū a Petro,& ſucceſſoribus ſuis,& ideo Conſtātinus cōuerſus ad dñm cognouit bonā fidē, & Papā recognouit in ſupiorē,& dñm.d.c.Cōſtantinus.xcvi.diſ.poſt Cōſtantinū clarū eſt q̄ Imparatores,q nō recognouerūt ipſū Papā ,fuerūt uſurpatores,& ſic nō p̄ferendi,ſed poſtponēdi Papę uicario Chriſti oīum dño, & ſupiori,& qui recognouerūt,ut debuerunt imperium a Papa ,eo inferiores omni iure eſſe, & ipſe habet poteſtatem ſupra eos

per

per prædicta,& huic concluſioni non obſtat ſi ſub tiliter quiſpiam diceret,ꝙ ſiqua uſi ſint uſurpatione imperatores,ex curſu nihilominus tot annorũ fuiſſe purgatam,& præſumi ſucceſſores in bona fide,per ea quæ habentur extra de iur.patro.c.cura, & de in integrum reſtit.c.ii.& in.c.fin.de pręſcrip. ubi bona glo.quia cum hoc caſu tractetur de præſcribendo aduerſus ſupremam poteſtatem Dei,& Vicarii ſui,qui ſupremus eſt Dominus in temporalibus,& ſpiritualibus,merito non poteſt allegare præſcriptionem Imperator,ſeu bonam fidẽ, ut eleganter per Innocen,in.c.bone.ii.de poſtula.præla.Archidiac.in.c.uolumus.xvi.q.iiii. Panormita. in.c.cum nobis,de præſcriptio.ex quibus,ut in pręcedenti fundamento dictum eſt,ſequitur Romanum Pontificem non ſolum ſuper parte imperii a Conſtantino ſibi,& Romanę eccleſiæ reſtitura ius habere,ſed etiam ſuper toto ipſo imperio , & uniuerſali orbis dominatione.

¶Quadrageſimo ſecundo,eandẽ hanc concluſionẽ ſecuti ſunt doctores ĩ pręallegato canone p uenerabilẽ,extra de elec.ubi p illũ tex.dixere,ꝙ electores imperii,qui hodie ſunt,& qui eligendi Imperatorem ab eccleſia poteſtatem ſuſceperunt, ſi in ipſo Imperatore eligendo negligentes ſunt, Papa Imperatorem eliget,ex quo ſequitur in propoſito

ꝙ ſi eligēdi Imperatorē quēadmodū ſupra dictū eſt, Poteſtas ꝓceſſit ab eccleſia, & Romano Pontifice, & negligētibus electorib. Papā Imperatorē eligere, ꝙ reſpectu etiā iuriſdictionis tēporalis ipſius imperii Papa maior, & ſuperior Imperatore ſit.

¶ Quadrageſimo tertio, cōprobatur hoc, nam ſi Papa ſummā non haberet poteſtatē, etiam in tēporalibus, ſequeretur ꝙ in eis alteri foret ſubiectus, quod eſt falſiſſimum, ex quo Papa præter quam de hęreſi, nulli alicuius iuriſdictioni pro aliquo crimine, uel temporali negocio ſubiectus eſt. xciii. diſ. c. ſatis euidenter, nec poteſt ab aliquo de aliquo crimine temporaliter puniri. xi. q. iii. c. nemo, & c. aliorum, cū multis ſimil. probaṫ antecedens, quia omnia quæ ſunt unius gñris, oportet ꝙ reducātur ad unum, quod eſt in menſura, quę ſubiacet ipſi generi, ut uult Philoſophus, & ſic reduci ad unū oportet, tanq̄ ad menſurā oīum, quo declarato, ſi Papa etiā reſpectu temporaliū nō eſt reducibilis ad Imperatorē ut dictū eſt, nec ī tēporalibus a Cęſare ſit Papa regēdus, neceſſe ſequiṫ, ꝙ ipſe Pont. etiā temporalibus pręſit, & ad ipſum Impator reducaṫ, & ab eo regaṫ, nō e conuerſo, ſicq; diciṫ. xxiii. q. viii. c. cōuenior, Impatorem ſcilicet eligendū eſſe de grege chriſtianorū beato Petro apoſtolo cōmiſſo, nec extra eccleſiā eligi poſſe, quod idē habeṫ in auc. de

nō alien.§.petit,ex q̄bus ſeq̄tur, ꝙ ſi Imp̄ator ſub Papa ꝑcul dubio eſt, ꝙ pariter & ſub eo imperiū quoq; ſit,et ſi totū imperiū, a fortiori ergo & pars illa a Cōſtantino eidē reſtituta,& ꝑ qua cōcluſio/ne,ꝙ Papa totius imp̄ii Dn̄s uere ſit,ratio accedit philoſophi,nā homo dicit̄ paruus mūdus,& ideo dicit̄ Microcoſmus,habetq; aīam intellectiuā,quæ oēs actus corporis,& aīæ,& cūctos alios dirigit,& regulat,iuxta uarietatē potentiarū ſuarū,nā ſpeculatiua ſpeculat̄,rationatiua ratiocinat̄, uolitiua potētia dirigitur in bonū,& has oparationes nō poteſt aīa niſi ſubminiſtretur a uirtutib.organicis, & corporeis,quas tamē regulat aīa rationalis, quia uo/lūtas īperat mēbris circa executionē cuiuſcūq; aſ/ſequēdi,ipſa aīa remanēte libera,& ſic p actus pru/dētię aīa circa quęcūq; corporalia appręhēdenda, uel reſpuēda regulas tradit,& inuenit media,ī ꝑſequēdo,& fugiēdo ,& oēm ꝑceſſū circa corporalia regulat,& gubernat in ipſo paruo,ſeu minori mū/do,ſic etiā & in magno mundo,ideſt in orbe terreſtri dicendū eſt,ꝙPapa qui eſt aīarum ductor,& regulator,etiā terrena,&corpalia , ipſis aīabus deſeruiētia ducat,ac regat,& ex conſequenti ab eo Cęſar ipſe ducatur , regaturq; , quod quidem ponitur expreſſius in.c.ſolite extra de maiori.& obedient. ubi conſtituit Dominus Pōtificem ſuper gentes,

& regna,ut euellat,diſſipet,ædificet,& plātet,p quę uerba colligitur temporalium,& ſpiritualium Pō tificem habere poteſtatem,licet in exercitio tēpo/ralia Cæſari cōmittat,& eo magis cum per ſacer/dotes Deus Reges ī terris faciat,ut habeť reg.viii. & Gene.x.prçcepit enim Dominus Samueli,ut cō ſtitueret Regem ſuper Iſrael: Et rurſus præcepit Dominus Heliæ prophetæ, ut inungeret Regem ſuper Syriam,et alium ſuper Iſrael,ut extra de ſa/cra unctione.c.i.uer.unde in ueteri teſtam. ex qui/bus ſequitur in propoſito,ꝙ ſi ſuper gentes,et re/gna Papa a Deo conſtitutus eſt,ꝙ pars illa regno rum,et imperii,a Conſtantino ſibi,ut ſupra reſtitu ta,ipſi Papæ multo fortius conueniat.

¶ Quadrageſimo quarto,corroborantur præce/dentia ex alio,ex quo in temporalibus, ubi immi/net neceſſitas,recurriť ad Papam,ſiue ſit neceſſitas iuris,quia alius non ſit iudex,ſiue de facto,ſiue Iu dices minores non poſſint,aut nolint,ut extra,qui filii ſint legit.c.per uenerabilem, et de foro com/peten.c.licet ex ſuſcepto:et eodem tit.c.ex tenore: ſi ergo īminente neceſſitate in tēporalib.ad Papā, ut ſupra recurriť ,ergo cūctis aliis Papa ſuperior, pariter,et uniuerſi Orbis Dominus ,ac Monarcha eſt,quēadmodum totius orbis Dominus,ac Mo/narcha,Chriſtus eſt.iuxta id.Apoſto.ad hebræ.i.

conſtitutus

cõſtitutus eſt Chriſtus hęres uniuerſorum,et ipſa
ueritas de ſe inquit,ego Dominus,et nullus præ/
ter me,et meus eſt orbis,et Domini eſt terra,et ple
nitudo eius.viii.diſ.c.quo iure,et extra de decimis
c.tua nobis.

¶ Quadrageſimo quinto , et Vltimo ,ꝙ ualuerit
Cõſtantini donatio optime facit,quia quilibet Im
pator ante eius Coronationem ,quæ fit de eo per
Romanum Pont.uel alium uice Romani Pontifi
cis,confirmat donationem illam ,et alia priuilegia
Romanæ Eccleſiæ, et iurat nullatenus infringere,
nec de Terris ipſis aliquo modo ſe intromittere,
ſeu ingerere,uel illas, illa ue,aliquo modo impedi
re,de quo late habetur in Clem. Romani.per totũ
de iur.iur,ex quo intelligi datur,ꝙ ſi donatio talis
non ualuiſſet,fruſtra eſſet tale iuramẽtum per Im/
peratorem apponi , ſeu confirmationem ut ſupra
adhiberi,ex quo confirmatio nil de nouo tribuit,
l,ii.in fin.C.ſi aduer.rem iudi.ſimilis tex.í .l.Aure
lius.§.teſtamen.ff.de libera.lega.et alias actus inua/
lidus confirmari,ſeu rattificari nequeat,ut eſt tex.
in.l.qui aliena.ff.de acquir.hered.et in.l ii.C. com/
mun.utriuſꝗ iudi.

HENRICI BVCCELLII LV censis in Constantini Donatio nem Tertia Pars.

OMNIBVS Igitur pro utraq; parte ut ſupra deductis, uentilatiſq;, ardua profecto reddit̃ quęſtio, iuribus, rationibus, authoritatibuſq; undiq; munita, ſuper qua ſcribentium aliqui pro concordia, & ſalute utriuſq; partis, quæſtionis huius hoc modo diſtinguendum eſſe putant, ꝙ aut quærimus utrum talis ualuerit donatio reſpectu iuriſdictionis ſpiritualis tantum, aut reſpectu iuriſdictionis ſpiritualis, & temporalis. Primo capite dicunt donationem huiuſmodi tenere, Secus Secundo capite, ex quo in authoritate Cõſtantini nõ fuit, etiam ſi uoluiſſet talem temporalem iuriſdictionem à ſe abdicare, niſi ſuperiori dando, per tex. illũ in l. legatum. ff. de offi. præfe. quæ tamẽ diſtinctio quantũ erronea ſit, latiſſime apparebit ex infra deducendis, Vnde alii pſpicacioris ingenii, & cõſiderationis, alio modo diſtinguũt, ſubdiſtinguuntq;, ꝙ aut quærimus utrũ per Conſtantini donationẽ fuerit tranſlata in Romanũ Pont. iuriſdictio omnis, ut in capite pręcedentis diſtinctionis, aut dona

tione huiuſmodi nõ obſtare, reſeruauerit ſibi Cõ ſtantinus,& ſuis ſucceſſoribus iuriſdictionẽ quandam uniuerſalem ſuper terris donatis, Primo capite dicunt Cõſtantinũ a ſe iuriſdictionem eo modo abdicare non potuiſſe,etiã ſi uoluiſſet,ea ratione,quia cũ Imperatoris officiũ, ſeu adminiſtratio ſit,ad uitam,omnem officii iuriſdictionem a ſe abdicando,ſucceſſorem ligare non potuiſſe.l.eũ qui ff.de iuriſdi.omni.iudi. Secundo capite ſi quærimus utrum Cõſtantinus ſibi,& ſucceſſoribus uniuerſalem ut ſupra iuriſdictionẽ reſeruauerit,& ſucceſſiue in poteſtate Impatoris ſit talẽ iuriſdictionẽ exercere,utputa in terris illis donatis faciendo Leges,& alios actus iuriſdictionis exercẽdo,uel exerre uolendo ,& hoc capite ſubdiſtinguunt,ꝙ aut loquimur de iure Canonico,aut de iure Ciuili: Primo capite dicunt expeditũ eſſe Cõſtantinum Imperatorẽ nullam iuriſdictionem uniuerſalem ſibi reſeruaſſe,& ex conſequenti Imperatorẽ ſuper terris donatis aliquid ſtatuere,ſeu innouare nõ poſſe, quia quilibet Imperator iurat ante coronationem ꝙ nullam iuriſdictionem exercebit in terris eccleſiæ,de cuius iuramenti forma habetur in.d.clem. Romani.de iur.iur.& ſic qui omne excludit,nihil ponit,ut.C,de ſumma Trini.l.nullus,&.l.ſi is qui §.utrum.ff.de rebus dubi. Secundo capite, ſi de iu

re ciuili loquimur, Denuo ſubdiſtinguunt, ꝙ aut Imperator ſuper Terris a Conſtantino donatis, actus iuriſdictionales exercere uult, et Leges condere contrarias diſpoſitioni Canonum, aut actus iuriſdictionales huiuſmodi exercere, Leges condere, eo modo non uult. Primo capite dicunt in authoritate Imperatoris non eſſe talia facere, per textum in.l.priuilegia.C.de ſacroſanc. eccleſ. et ibi plene Doctores, ſecus Secundo capite, ne inanis efficeretur prolocutio illa, Ego ſum Dominus totius mundi, iuxta textum illum in.l.deprecatio.ff.ad.l.Rhodi.de iact.et in.l.bene a Zenone.C.de quadriennal præſcript.quod totum comprobari dicunt, quia poſt donationem fuerunt in urbe Romana multæ Leges factæ per Conſtantinum, ut patet in.l.iubemus.C.de ſacr.ſanct. eccleſ. quod tamen procedit de iure Ciuili, ut ipſi declarant Doctores, Sed aduertendum eſt declarationem hanc eodem laborare morbo, quo et ſuperior declaratio, ex quo nullibi cautum reperitur, ꝙ Cōſtantinus donationi per eum Romano Pontifici, ſeu Romanæ Eccleſiæ factæ contrauenerit, et dato ꝙ cōtraueniſſet, et poſt eum alii in imperio ſucceſſores, non per hoc tolerantia Pōtificum, aut Imperatorū uiolentia, uel temporū neceſſitas, eccleſię præiudiciū inferre potuit, iuxta not.lxiii.diſ.c.ue

rum, declarat pulchre Cardinal.in.c.cum ad ue-
rum.lxxxxvi.diſt. Quapropter alii ulterius ſubti
liter conſiderando,& alio modo diſtinguendo,ac
ſubdiſtinguendo,arduam materiam hãc declara-
re,uel potius illaqueare conati ſunt, diſtinguendo
ſic,ꝙ aut quærimus utrum ualuerit Conſtantini
donatio,ad hũc effectum,ꝙ nullus ſucceſſor in im
perio eam reuocare poſſit,aut uero reſpectu alio-
rum,quę ĩ ipſa donatione cõſiderari poſſunt,Pri-
mo capite dicũt in authoritate nullius ſucceſſoris
in Imperio eſſe, dictã donationẽ reuocare, cũ nul
la ſubſit cauſa,ut.C.de donatio.l.pfecta. Secundo
capite ſi reſpectu aliorum, quæ in ipſa donatione
conſiderari poſſunt,denuo ſubdiſtinguunt,ꝙ aut
loquimur reſpectu tranſmutationis, uel transfu-
ſionis cenſus perſoluendi de fiſco in Papam, aut
hoc caſu non loquimur, Primo capite dicunt re-
ſpectu trasfuſionis,ſeu tranſmutationis cenſus de
fiſco in Papam,donationem ualuiſſę, quia potuit
Conſtantinus Populos illarum terrarum libera-
re a fiſco perſoluendo, ſicut prouincialis fecit.l.i.§.
fin.ff.de uſuca.tranſla. doctores in.l.euacua.C.de
decur.lib.x.Secundo capite ſi hoc caſu non loqui
mur,denuo ſubdiſtinguũt,ꝙ aut loquimur reſpe
ctu proprietatis rerum donatarum,et eorum fru-
ctuum,et prouẽtus,aut loquimur etiam reſpectu

iuriſdictionis ,Primo capite eodem modo donationem ualuiſſe dicunt,& ita intelligendũ eſſe tex: in.d.Clemen.Romani.de iur.iur. Si uero reſpectu iuriſdictionis ut ſupra loquimur , ulterius ſubdiſtinguunt,ꝙ aut loquimur reſpectu iuriſdictionis coherentis rebus,& terris donatis connexę,uel tributæ una cũ dictis terris, aut de abſoluta iuriſdictione,ſiue reſpectu abſolutæ iuriſdictionis,tã temporalis,q̃ ſpiritualis,Primo capite dicunt Conſtantini donationem ualuiſſe,etiam quo ad iuriſdictionem temporalem cõnexe tributam, & conceſſam, tanquam coherẽtem rebus,& terris donatis, quia idem eſſet in quolibet comitatu,& ducatu, quẽ Prĩceps de nouo faceret,& alteri cõcederet,ſeu de nouo aliquem inueſtiret: ſecus Secundo capite inſpecta abſoluta iuriſdictione,tam temporali , q̃ ſpirituali,& hoc duplici ratione, ex quo in authoritate Imperatoris non eſt, temporalem iuriſdictionem a ſe abdicare,ut ſupra declaratum eſt , & Romani Pontificis utranq; iuriſdictionem ſpiritualem ,& temporalem regere,atq; exercere,tãquam incompatibilia ad inuicem,& non conuenientia,& ne propter mixtionẽ diuinum turbaretur officiũ , quod fieri non debet, nec conuenit , ut.C.de Epiſcop.& Cleric.l.placet ; et cum iſta declaratione licet ac-

quieſcant plurimi, nihilominus rectius intuenti, eundem ſapere errorem, ſicut & præcedentes declarationes apparebit manifeſte, Quæ omnes tam præcedentes, q̃ ultima hæc declaratio tendunt ad hoc, Conſtantinum Imperatorem Romanæ Eccleſiæ omnia donare potuiſſe, præter temporalem iuriſdictionem ſuper rebus, & terris donatis, quam temporalem iuriſdictionem ab ipſo Imperio ſeparari, ſeu diuelli poſſe, nullo modo conſentiunt, ne inanis fieret, ac redderetur Imperii dignitas, & Maieſtas, & ad nihilũ redigi poſſet imperium, ea ratione, quia ſi Conſtantino donare, et ſuper rebus donatis iuriſdictionem a ſe abdicare licuit, ita et ſucceſſoribus licere, et per conſequẽs imperium ad nihilum reduci poſſe, Quod tamen ualde erroneum eſſe, et contra catholicam fidem, Inſuper et Chriſtianiſſime Conſtantinum Imperatorem Romano Pontifici, ſeu Romanæ Eccleſiæ donaſſe, uel ut ſupra relaxaſſe, iuriſdictionem, ac omnem temporalem, uniuerſalemq; a ſe abdicaſſe, pariter et abdicare potuiſſe, Fidelis audiat unuſquiſq;.

¶ Sit igitur, Concluſio firma, indubitata, et Chriſtianiſſima, Donationem, ſeu Relaxationem, per Cõſtantinum Imperatorẽ Romanæ Eccleſiæ fac

tam ualuiſſe,et per eam Romano Pontifici iuriſ-
dictionem omnem ſpiritualem,et temporalem fu-
iſſe tributam,uel magis reſtitutam.

¶ Fundatur concluſio hæc aliquibus principalio
ribus rationibus. Et in primis quia quemadmo-
dum ſupra declaratum fuit, Donatio huiuſmodi
inſtinctu Spiritus ſancti proceſsit,et potius Diui-
nitatis,q̃ humanitatis fuit, ut latiſsime per Imol.
in dicta rubrica.ff.de uerbor.obligationi.et per ca-
noniſtas per illum textum in dicto.c.fundamen-
ta.§.i.de elect.libro.vi.cum ſimilib.ibi allegatis, ex
quo ſequitur in propoſito,ꝙ quæ nutu Dei,et Spi
ritus ſancti aguntur, nõ ſubiacere diſpoſitioni ali-
cuius humanæ Legis.xviii q.ii.c.duæ,& de regul.
iur.c.licet. Bar.in.l.i.C. de ſacroſanctis Eccleſ.in
fin.& ſucceſſiue poſito millies ꝙ Conſtantinus ta
lem Donationem regulariter facere non potuiſſet,
nihilominus Lege diuina, quæ alicui alteri huma
næ diſpoſitioni non ſubiacet, hoc ſibi licuiſſe, &
per conſequens Imperii ius ad nihilum reduci nõ
poſſe,Deo aliter non diſponente. Cum uerum di-
cere ſit,ſucceſſoribus non licere id,quod inſtinctu
Spiritus ſancti Conſtantino licuit.

¶ Et pro qua Concluſione Secunda accedit ra-
tio,ex quo ut in ſuperioribus dictum fuit,Imperi-

um,& Eccleſia a Deo proceſſerunt, tãquam a cau
ſa efficienti, ut in auc.quomod. oport. Epiſcop.in
prin.& alias Imperium ipſum tanquam minus ab
ipſa Eccleſia tãquam maius dependere dicatur,&
ab eadem Eccleſia procedere,ut in eo Textu,& la-
te per Inocen.in.c. nouit extra de iudi.& in.c.licet
ex ſuſcepto de foro .competen. Bart. in extraua-
gant.ad reprimend.uer.totius Orbis, Qua ratio-
ne pientiſſimus Imperator Conſtantinus Cæſar
per talẽ Donationẽ,bonam fidẽ potius agnoſcen-
do,& quod indebite per eum, & anteceſſores ſuos
erat occupatum relaxando,quam de nouo conce
dendo,ſeu donando,Catholicæ Romanæ Eccle-
ſiæ,& beatiſſimo Sylueſtro eius capiti Imperii par
tem reſtituit,& partem ab ipſa Eccleſia tacite reco
gnouit,ut eleganter ſcribit Cardinal. Alexandrin.
in.c.cum ad uerum.lxxxxvi.diſtinct.ubi dicit Pa-
pam non habuiſſe primatum a Conſtantino,ſed a
Deo,& dum in canone conſtitutus eadem diſtinc.
dicitur,ꝙ Conſtantinus donauit Papæ, ſeu con-
ceſſit poteſtatem Regiam,& Coronam, & alia de
quibus ibi, intelligendum eſſe, non ut authorem
conceſſiſſe,ſed ut executorem ordinationis Chri-
ſti,& ideo neceſſaria ratione partem bonorum Im
perii Conſtantinum Papæ reſtituiſſe,partem reco-

gnouiſſe ab Eccleſia,tanquam a Chriſto,p quẽ Re
ges regnant, & cuius uniuerſus eſt Orbis, iuxta
Pſalmi id Vigeſimi quarti, Domini eſt Terra, &
plenitudo eius,& Matthæi Vltimo, Data eſt mihi
omnis poteſtas in Cœlo,et in Terra, et Zachariæ
Noho, Poteſtas eius a mari uſq; ad mare,et Pſal-
mi Septuageſimi primi, Et dominabitur a ma-
ri,uſq; ad mare, et quod de Chriſto dicitur, et de
Papa eius Vicario dicendum ſit, legitur unde Ec
cleſiaſtic. dedit Deus illi poteſtatem eorum quæ
ſunt ſuper terram,quod regiſtratum reperitur de
cima ſeptima diſtinctione.c.ait,et cuius tanta dici
tur eſſe poteſtas,ut Papa ſimpliciter homo nõ ſit,
ſed loco Dei in terris ſit, ut habetur in.c.funda-
menta.§.ne autem de elect.in ſexto, et in.c.ubi pe
riculum.§.cæterum eodem titulo,ex quibus Ca-
tholice ualde concludendum eſt, Conſtantinum
Imperatorem pro exoneranda conſcientia ſua et
pro agnoſcenda bona fide,omnia de quibus in di
cta palea Conſtantinus, Nonageſima ſexta diſtin.
Syluestro,Papæ relaxaſſe, et executioni ut ſupra
mandaſſe,et eundem Syluestrum principem toti-
us mundi agnouiſſe,et ei reliquiſſe Romam,et po-
tiores Imperii partes,reſeruatis ſibi partibus oriẽ-
tis,ex tacita Syluestri permiſſione, pro quo, ſunt
boni textus in.c.in ſcripturis,et in.c.nos ad fidem

nonageſima ſexta diſtinctio ne, et.xi.q.i.c.ſacerdo
tibus,et quod fortius eſt,non tantum ualuiſſe Cō
ſtantini donationem,ſeu reſtitutionem cum totius
temporalis iuriſdictionis tranſmiſſione,ſed omni
capite,et omni iure neceſſariā fuiſſe,tam pro agno
ſcenda bona fide,ꝗ̄ pro exoneratione conſcientiæ
Conſtantini ſuper rebus,et terris,ut ſupra dona/
tis,& occupatis,et pro qua concluſione.

¶ Tertio loco,alia facit ratio; quia dato; ſed non
conceſſo, ꝙ prædictæ non militarent rationes,et
pertinaciter inſiſteret quis,Conſtantinum nec pro
exoneranda conſcientia,nec pro bona fide agno/
ſcenda,Sylueſtro Papę Imperii partem reſtituiſſe,
ſed de nouo conceſſiſſe,uel potius donaſſe; Quæ
Donatio cum exceſſiua ſit,Imperii ſucceſſores nō
ligare ad illius obſeruantiam,Quinimmo ad libi/
tum per eos reuocari poſſe tāquam ex ea enormi/
ter fuerit læſum imperium,per iura,& rationes,ſu
pra pro ea parte adductas,quod ipſum tamen nul
lius eſſe conſiderationis oſtenditur; ex quo ut in
præcedentibus dictum eſt,poſito ꝙ Conſtantinus
mero iure donauerit,nulli dubium donationē hu
iuſmodi ad remunerandum beneficium in Impe/
ratorē p Sylueſtrum Papā collatum proceſſiſſe,&
duplici reſpectu,Primo quia ipſū a lepra liberauit,

Secundo quia eundem Conſtantinum ad ueram et catholicam Chriſti fidem reduxit, confirmauitq;modo in propoſito,cauſa remunerationis dicitur debita in tantum,ut etiam ex his,quæ aliena ri prohibentur,a iure communi cócedatur,ut .l.iubemus.C.de ſacroſanct.eccle.in propoſito igitur, poſito q̃ Conſtantinus iura imperii a ſe abdicare prohiberetur,attamẽ ex iuſta remunerationis cauſa,ac merito, ualuit Donatio ſuper prohibitis, nec exceſſiua dici potuit donatio,ex quo eccleſiæ nunquam dici poteſt in infinitum eſſe conceſſum, ſeu donatum,quinimmo in ea immenſitas omnis mẽſura ſit,ut per doctores per illum textum in auc. de non alienan.§.ſcimus,cum ſimilibus ſupra eodem in præcedentibus deductis.

¶ Quarto loco,pro eadem Concluſione,alia adducitur ratio,plurimum urgens in propoſito, Nã aut tenere uolumus opinionem illam,Imperium pendere ab Eccleſia,ut a Matre: Aut aliam,uidelicet Eccleſiam,et Imperium,æque principaliter a Deo proceſſiſſe,utputa tanquam Frater, et Soror ſint.Primo caſu ſi conſideratur Eccleſia tanquam Imperii Mater,et tunc dicendũ eſt obligatũ fuiſſe Imperiũ,Matri inopi auxiliũ præbere,queãdmodũ dicimus Tutorẽ poſſe bona pupilli matri inopi donare.l.cũ plures.§.fin.ff.de tutel.et ra. diſtra.

Si

Si uero Eccleſiam,et Imperium conſideramus ut ſororem,et fratrem,et tunc idem dicēdum eſt, ex quo frater tenetur dotare ſororem, ſi aliunde nō habet,unde ſe dotet.l.cum plures.§.fin.ff.de admini.tutor.bonus tex.in.l.non enim.C.eodem titulo, et ſic utroq; caſu inſpecto,uel altero ipſorun, non eſt quid imputari poſſit Conſtantino Imperatori eccleſiæ Romanę,uel ut matri inopi auxilium prębuiſſe,uel ut ſorori eidem dotē amplam,et utriuſque dignitati conuenientem conſtituiſſe,quod perinde comprobatur ex quo donationi huiuſmodi Conſtantini,acceſſit conſenſus Senatus,et totius populi Romani,ut habetur in.d.palea Conſtantinus.xcvi.diſt.et latius ī pcedentibus declaratū eſt.

¶ Et rurſus ad prædicta quinta accedit ratio ,pro fundamento concluſionis ſupra firmatæ,quando ad ipſius concluſionis ueritatem,præcedentes nō ſufficerent rationes.et tēporalem huiuſmodi iuriſdictionē a ſe abdicare nō ualuiſſet Cōſtātinus, qđ falſiſſimū eſſe ex ſupra deductis oſtēdit Romanā eccleſiā nihilominus tutā eſſe iure pſcriptionis lógiſſimi adeo tēporis,ut oēm defectū,ſiquis huiuſmodi donationi adfuerit,ſuppleuerit,cui cōcluſioni nō obſtat id ſcilicet ſubditū non pręſcribere aduerſus ſuperiorē ſuū , ex quo ut ſupra declaratū fuit,et declarat Bal.in phęm.C.eccleſia Romana

nõ eſt ſubdita imperio,ſed ſuperior ut dictum eſt, quod etiam ſingulare in propoſito eſt,ad oſtendẽdum imperium omnia eccleſiæ Romanæ uſurpata,ſecundum uarietatem temporum,nullo unquã tẽpore præſcribere potuiſſe, tanq̃ dignitas inferior,& ut ita dixerim,ſubdita dignitati Papali, minus obſtat id canonis in primis.ii.q.i.uidelicet ꝙ dignitas non conualeſcit inuaſore, quia ut declaratum fuit ſupra eodem in præcedentibus,ex quo diu poſſedit eccleſia cum titulo,credendum eſt,cũ bona fide poſſediſſe, quia ceſſante authore ut.l.et generaliter.ff.de noxal: Et quia licet error iuris nõ proſit præſcribentibus, tamen ubi de iure probabiliter dubitatur,præſcriptio prodeſt,cum habeatur pro ueritate argum.not.in.l.i.C.de ſeruit. & aqua, & quia utile ius quod quæritur per præſcriptionẽ contrariatur directo,ſequitur ꝙ præſcriptio Romani Põtificis,eneruet ius Impatoris,& aliis modis reſpõderi poteſt,ut late declaratum fuit in ſuperioribus,& quæ præſcriptio non cadit hic, cum Papa id quod ſuum ante Conſtãtini conceſſionẽ erat,præſcribere tali ſecuta conceſſione non potuerit,& minus cõtra eum per Imperatorem, ſeu quãliber aliam mundi perſonam præſcribi, extra de poſtulation.præla.c.bone,ſed uolui tantum dixiſſe hoc,pro corroboratione ſupra firmatæ conclu-

ſionis,a quã recedere Chriſti poteſtatẽ negare eſ-
ſet,uoci Dominicæ illi contrauenire,data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo,& in terra,Matthei ultimo, & Pſalm.xxii.Domini eſt terra,& plenitudo eius, ſcilicet contrauenie ndo Romani Pontificis ipſius Vicarii ſummæ,ac cœleſti authoritati,qui Chriſti uices gerere,& idem cum Chriſto cõciſtorium fa-
cere,ſatis ſuperq; dictum fuit ſupra eodem in præ cedentibus.

¶ Ex quo ſexta ſequitur ratio,ꝙ cum Papa Chri ſti uicem gerat,ut dictum eſt, ipſi de iure etiam di uino competere iuriſdictionem tam temporalem, q̃ ſpiritualem,hac pulchra ratione,exquo Eccleſia militans,cuius caput Romanus Pontifex eſt,diui-
nitus eſt ordinata,& exemplata ad ſimilitudinem Eccleſiæ triumphantis,Ioann.in apocalip.Et uidi Hieruſalem nouam deſcẽdentem de cælo, et exo. xxv.fac ſecundum exemplar quod tibi monſtra-
tum eſt in monte, Sed in Eccleſia triumphante nulli dubium omnem ineſſe poteſtatem, cui om-
nes homines,& Angeli obediunt,& intendunt.pa-
riter ergo in Eccleſia militanti,cui omnes tam lai-
ci,q̃ clerici,tam Reges,q̃ cæteri tenẽtur in ſpiritua libus,& temporalibus obedire, & ſucceſſiue Papæ eius capiti, & magiſtro,& hanc concluſionem trã-
dũt,& ſequũtur canoniſtę in clem.i.de offi.ordin.

& pro quo facit apoſtoli id ad Corinth.quod re/
giſtratū reperitur in canone per uenerabilem ex/
tra qui fil.ſint legiti.neſcitis quoniam angelos iu/
dicabitis,quanto magis ſęcularia,quaſi dicat ſi po
teſt Papa iudicare ſpiritualia,multo magis ſęcula/
ria,& ſic temporalia,& ideo dicit ibi tex.in.d.c.per
uenerabilem, ꝙ Papa legitimat in temporalibus,
& ſpiritualibus.

¶Præterea additur prædictis ſeptima ratio,quæ
elicitur ex tex.in.c.alius.xv.q.vii.ubi Zacharias Pa
pa Regem Francię depoſuit.Simili modo Innoc.
quartus Federicū Imperatorē, ut habetur in.c.ad
apoſtolicæ.de re.iudic.lib.vi.& facit tex.in Cleme.
paſtoralis de re.iud.& Papam de omni delicto co
gnoſcere poſſe,tex.eſt in.c. nouit extra de iudi.ex
quo ſequitur,ꝙ ſi Papa Regem, & Imperatorem
deponere poteſt,& de omni delicto cognoſcere,ꝙ
neceſſario temporalis iuriſdictionis capax cenſen
dus ſit,& ad quod facit Matthæi id.xviii.principē
unum uidelicet alteri iniuriantem puta de feudo,
poſſe iniuriam paſſus Romano Pont.denuncia/
re,& ipſum Romanum Pont.de hoc temporali/
ter cognoſcere,& de quo habetur etiā Lucæ.xvii.
Apoſtol.ad Galath.vi.& eccle.xix.et p eundē apo/
ſtol.ad Corīth.viii.et.xiii.et ad Hebrę.x.et de quo
in.c.ſi peccauerit.ii.q.i.et in præallegato.c.nouit de

iudi.

iudi. & ideo dixit pulchre Bald.in.§.præterea de prohi.feu.ali.per Fede.ꝙ Papa eſt Iudex inter Regem Franciæ,& eius uaſallos,quando deficit iuſtitia,uel præſides curiæ nimis fauent Regi.

¶ Accedit inſuper octaua principalis ratio in propoſito,ex quo ab ipſo Deo producta ſunt temporalia,& ſpiritualia,omnia enim p ipſum facta ſunt, Ioan.primo,&.xxii.diſt.c.primo,& de quo in.c.epiſcopi.xxvi.q.v.in fin. ex quo ſequitur ꝙ ſi omnia temporalia,& ſpiritualia a Deo producta ſunt,ꝙ illorũ capax omnino Papa ſit,qui ipſius Dei,ut ſupra dictum eſt,uices gerere dicitur.

¶ Nona rurſus prædictis additur ratio,ex quo tẽporalia ordinantur ad ſpiritualia,tanquam organa,& tanquam inſtrumenta,unde Philoſophi poſuerunt,ꝙ ſine exterioribus bonis,quorum fortuna domina eſt,non contingit eſſe felicem,& p quo facit prima.q.iii.c.Saluator,ubi dicitur ꝙ ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt,componitur ſimiliter homo ex anima,& corpore, Vnde ſicut ipſum corpus ordinatur ad animam,& eſt inſtrumentum eius,mediante quo exercet operationes ſuas,ſic ipſa bona temporalia ,& bona ſpiritualia ordinari debent mediante Papa,ex quo ſequitur,ꝙ ſi Papa prouidere debet de ſpiritualibus ſuis fidelibus,ꝙ eodem modo facultatẽ habere de

beat puidendi de tẽporalibus ſine quibus ſpiritua lia in uita politica hac exerceri nequirẽt, unde apo ſtolis dicentibus, dimitte turbas, ut emãt ſibi eſcas, reſponſum eſt, nõ habent ire neceſſe, date uos illis manducare, quod corroboratur ex alio, quia tem poralia, & corporalia mouentur p intelligentias, & per ipſas in eorum operationibus regulãtur, in tã tum ut Philoſophi ſecũdum numerũ mobilium corporum poſuerint numerum motorũ, ſicut pa tet. xii. metaphiſicæ, iſtos ac motores poſuerunt re gulari, & moueri ab uno motore primo, q eſt De us, Auguſt. etiam dicit, ſubſtantiam omnem tem poralem, & corporalẽ, adminiſtrari p angelos, Sed certum eſt in Papa ineſſe ſpiritualem poteſtatem, ſequitur unde, ꝙ ſi in eo ſpiritualis ineſt poteſtas, ꝙ ſimiliter diſponere, & ordinare poſſit de tempo ralibus per prædicta.

℄ Decima tandẽ, & ultima in ꝓpoſito accedit ra tio, ex quo ĩ Chriſto fuit poteſtas regalis, & ſacer dotalis, tã in eius incarnatione, & conuerſatione, q̃ in eius paſſione, & reſurrectione, nã in eius incarna tione poteſtas regalis oſtẽſa eſt, cũ ex tribu regali, ſecũdũ carnẽ traxerit originẽ, poteſtas uero ſacer dotalis, quia ſuũ aduẽtum p Beatũ Ioannẽ Bapti ſtam, qui fuit filius Sacerdotis uoluit nũciari, Vn de Auguſt. in lib. de cõſenſu euãgeliſtarũ, ꝙ quia

Chriſtus futurus erat Rex,Propheta,&Sacerdos,
ideo diuina pudẽtia factũ eſt inquit,ut tres euãge
liſtæ,qui Chriſtum quantum ad humanam natu
ram aſſumptam notificare ſcripſerunt ,hoc ordi-
ne eorum Euangelia incœperint , quia Matthæus
incępit a ſemine regali,dicens,Liber generationis
Ieſu Chriſti filii Dauid Regis,eiuſdẽ.i.&.lvi.diſ.c.
dominus. Marcus a uaticinio Prophetali dicens,
Initium euãgelii Ieſu Chriſti,ſicut ſcriptum eſt in
Eſaia Propheta,Marc.i.Lucas a ſacerdotali ſacri-
ficio dicens,Fuit in diebus Herodis ſacerdos qui-
dam nomine Zacharias, Lucæ.i.&.i.q.i.c.nonne,
Deinde oſtenſum eſt in eius conuerſatione, Nam
Matthę.xvii.cum illi qui accipiebant Didrachmã
dicerent Petro,Quare magiſter ueſter non ſoluit
Didrachmã,Chriſtus pręueniens eum interroga
re uolentem,dixit,Quid tibi uidetur Petre,Reges
terræ a quibus recipiunt tributum?a filiis ſuis? an
ab alienis?Quo reſpõdente,ab alienis , Concluſit
ergo liberi ſunt filii Regum,ſuper quo Hierony.
& Nicolaus de Lira dicunt,ꝙ Dominus , & ſecun
dum Carnem, et ſecũdum Spiritum, filius Regis
erat , quia ſecundum humanitatem,de ſtirpe Da-
uid Regis erat generatus: Secundum uero diuini
tatem,omnipotentis Patris erat uerbũ,et ideo tan
quã Regũ filius tributũ ſoluere nõ tenebãt,ſoluit

autem tributum dum dixit,ut autem nõ ſcandali zemus eos,uade ad mare,& mitte hamum,& eum piſcem qui primus aſcenderit tolle,& aperto ore, inuenies ſtaterem,illum ſumens,da & p me,& pro te.xi.q.i.c.magnum,uel ſoluit inquantum homo, ut exemplum cæteris ſoluendi tribueret.d.c.magnũ,&.c.ſi tributum,Deinde oſtẽſa fuit ipſius Regalis poteſtas in eius paſſione, quando uidelicet trans Hieruſalem cum Diabolo pugnaturus,reuerentiam ſuſcepit Regalem a ſternentibus ſua ueſtimenta,& ramos in uia,unde & teſtimoniũ Zachariæ prophetæ inductum per euãgeliſtam Matthæum legitur dicentem Zachariæ.viii. Ecce Rex tuus ueniet manſuetus ſedens ſuper aſinam, & pullum eius,Matthæi.xx.de conſecra.diſt.iiii.c.multi, Marci.xi.Lucæ.xix.& Ioan.xii.Præterea ſacerdotalem poteſtatem oſtendit tunc, quando ſe ipſum obtulit in ara Crucis,& fuit idẽ ſacerdos offerens, & oblatus,unde Auguſt.iiii.de ciuita.Dei,In omni Sacrificio hæc conſideranda eſſe atteſtatur, ſcilicet cui offertur,a quo offertur,& p quibus offertur,idẽ ipſe unus,atq; mediator Chriſtus,ut ĩ præallegato canone Quoniam.x.diſt.ſacrificium pacis nos Deo recõciliauit,unum in ſe fecit pro quibus offerebat,& quod offerebatur,& facit de conſecra.diſtin.ii.c.ſemel,Rurſuſq; oſtenſa fuit eius Re-

galis poteſtas, in eius reſurrectione, uidelicet ĩ dia-
boli expoliatione, quando multa corpora Sancto-
rum inſurrexerunt cum eo, & introierunt in ſan-
ctam Ciuitatem in ſignum uictoriæ obtentæ, Mat
thæi. xxvii. &. xiii. q. ii. c. unaquæq;, uer. Itẽ Ioſeph.
Sacerdotalem uero oſtendit in Spiritus ſancti da
tione, quãdo dixit, Accipite Spiritum ſanctũ, quo-
rum remiſeritis peccata. Matthæi. xvi. &. xviii. &
Ioan. xx. Et ꝙ Chriſtus in hoc ſæculo utranq; po
teſtatem exercuerit, colligitur quando flagello fa-
cto de funiculo ementes, & uendentes eiecit de tẽ-
plo, & numularios ſedentes Ioan. xi. Matthæi. xxi.
Marc. xi. & Lucæ. xix. faciũt, & notata. xxxxv. diſ.
c. Salamon: Quæ omnia cum militent, & uerificen
tur in ipſo Deo, dicendum eſt pariter militare, &
uerificari in Papa eius Vicario, qui ut in ſuperiori
bus dictum eſt, idem tribunal, & Conciſtorium cũ
Deo facit: Quod plurimum comprobant Do-
ctores in Canone Non liceat, duodecima. q. ſecun
da, & in. c. cum Redemptor, eadem diſtin. & quę
ſtione, et in. c. cum ueniſſent, extra de iudi. Dũ di-
cunt Papam Romanæ Eccleſiæ Res, et Caſtra, be
nemeritis, et ex rationabili cauſa, et in utilitatem
ipſius Eccleſiæ infeudare poſſe, licet cum res ual-
de precioſa ſit, ut magna Ciuitas, interuenire de-
beat conſenſus Cardinalium, qui ſunt Capitulum

uniueſale,ut not. Archidia.in dicto.c.cum Redem
ptor. Bald.in.l.penul.quę incipit,Cum multa,uer.
Et idem dicendũ in Papa.C.de bon.quæ liber,ex
quo ſequitur in propoſito,ꝙ ſi Papa Res ,Caſtra,
& Ciuitates,ut ſupra infeudare poteſt, ꝙ non ſo-
lum iuriſdictionis ſpiritualis ,ſed tẽporalis quoq;
capax iure optimo cenſendus ſit.

HENRICI BVCCELLII LV
cenſis in Conſtantini Donationem
Quarta Pars.

SVPEREST modo Chriſtianiſſime Princeps,ut pleniori indagine materia hæc liqueat,reſpõdere ad allegata ſupra in cõtrarium,et primo ad Hæreticorum id dicentium, magnum,& impium eſſe mendacium Romani Pontificis, Conſtantinum Imperatorem ipſi Romano Pontifici Prouincias,Regimen , & Poteſtatem dediſſe in Terra,& mundo hoc inferiore,& alia de quibus ſupra in eo Argumento. Ad quam Hæreticorum opinionem pluribus modis reſpondetur, & eorum error conuincitur, fatendo in primis Concluſionem illam,ſcilicet, Nemini in hoc mundo theſaurizare licere,nec Romano Pontifici,nec Imperatori,nec alicui Principi , nec Sacerdotibus, nec alteri priuatæ perſonæ,ex hoc tamen non ſequi,ergo Romanus Pont. ſiue Romana Eccleſia terrenũ imperiũ habere non debet ,quia eſſet hoc directo cõtra Chriſti uerbũ,Matthæ.ult°.data eſt mihi poteſtas oĩs in cęlo,& ĩ terra, & pſalmi.xxii.

Domini eſt terra ,et plenitudo eius,cũ multis ſimi
bus deductis ſupra in .iii. et.xii.ratione principali,
Et rurſus cõtra id Ioann.xx.paſce oues meas,qđ
cum indefinite ibi dixerit Chriſtus, intelligẽdum
eſt de omnibus ouibus,et de omni pabulo,tã ſpiri
tuali,q̃ temporali,et ita Chriſti uerbum illud inter
prætantur Doctores in canone tria.xxxxv.diſti.
Cardinal.Alexandrin.in.c.cum ad uerum. nona-
geſima ſexta diſt.ubi dicit Chriſtũ uoluiſſe Papã
unicum eſſe caput orbis,et Imperatorẽ inter oues
ſibi commiſſas ſubiici,ac ſupponi,et ideo uidemus
ꝙ Imperator à Papa filius appellatur.c.ſi Impera
tor,eadem diſt.et.xxiii.q.viii.c.Conuenior, et eo-
dem modo eccleſia imperii mater uocari ſolet.d.
c.ſi Imperator,et.d.c.conuenior,et habetur in auc.
ut determina.ſit nume.cle.§.i.Quippe hoc chriſtia
niſſime declarãt uerba Chriſti Matthæ.xxv.con-
uerte gladium tuum in uaginã,et Lucæ.xxii. ecce
gladii duo hic,reſpondit ſufficit,et non dixit pri-
mo caſu proice gladium a te,nec ſecundo ſuper-
fluere,ſed dixit Sufficit, Vnde Paulus ad Roma-
nos.xiii.non ſine cauſa gladium portat, per quos
gladios iuriſdictionem Temporalem,et Spiritua-
lem ſignificari ſcribitur .xxiii.q. v.c. Non ſolum,
et extra de iudi.c. Nouit, Et ex quibus myſteri-
is uidetur Deum uoluiſſe relinquere Petrum Vi

carium ſuum etiam in temporalibus,quemadmo-
dum talem iuriſdictionem exercuit ipſe,dum uice
gladii uſus funiculis,uendentes,et emẽtes eiecit de
templo.lxxxviii.diſ.c.eiiciens.i.q.iii.c.ex multis.et
c.uendentes. Petrus etiam ſuus Vicarius auricu-
lam Malcho amputauit.Ioan.xviii.et.xxiiii.q.i.c. ſi
Petrus,et geminum fecit homicidium Ananiæ,et
Saphiræ,actuũ.v.xxiii.q.viii.c.legi,et.c.occidit,nec
peccauerũt petẽtes ignem aſcẽdere ſup Samarita-
nos,Lucæ.ix.xxiii.q.iii.c.qđ Chriſtus, nec apoſto
li peccauerunt,qui mandauerũt templis,ut corrue
rent ſuper idolatras,et corruerunt, et multi ex eis
perierunt,ut in eorum geſtis legitur,quę omnia ſi
conſideraſſent hæretici, contrariæ opinionis forſi
tan fuiſſent,Sed ne nugis(ut aiunt)cõteratur tem
pus,et fideles ad omnia alia argumenta in cõtra
rium facta,catholicam determinationẽ accipiant,
una hac generali reſpõſione,omnia ea corrunt ar-
gumenta,ex quo imperium nõ proceſſit a populo
Romano,qui illud per imprę ſſionem,et ſine iuſto
titulo,et colore habuit,ſed ab eccleſia tãtum, quæ
Imperatorem confirmat,coronat,deponit, et alia
facit, ut ſupra declaratum fuit, et ſic cum nullum
fuerit imperium ante talem donationem,reſpectu
ſaltem originis,ſuperfluas merito,et ſuperuacane-
as eſſe conſiderationes in eis argumentis factas di

cendum eſt, Et quatenus legitimum, ſeu ualidum fuiſſet imperium, ſaltem poſt aduentum Chriſti, tunc uerum eſſe regulariter, Romanum Imperatorem iura imperii ſui, uel Dignitates diminuere non poſſe per iura, & rationes deductas ſupra pro ea parte, & in dictis argumentis, eandem nihilominus regulam catholice limitari ĩ donatione, ſeu relaxatione facta per Conſtantinum Imperatorem Sylueſtro Papæ, ſeu Romanæ eccleſiæ, utiq; facta inſtinctu Spiritus ſancti, & in manibus ſuperioris, a quo prius ius omne imperii dependebat, & ſucceſſiue per talem relaxationem rem ad eius naturam reuerſam fuiſſe, quemadmodum catholice oſtẽſum fuit ſupra in fundamentis pro ipſa Conſtantiniana donatione factis, Et hoc modo declarando, dici non poteſt, Conſtantinum Imperatorem diminuiſſe imperium, ſeu Imperatori uenienti poſt ſe detrimentum aliquod attuliſſe, nam Romanæ Eccleſiæ cũ reddiderit Cõſtantinus quod ſuum erat, ex eo, imperium ad nihilũ redigi poſſe, imperii ſeu bona perperam Conſtantinum adminiſtraſſe nullo pacto aſſeuerandum eſt, Equidem imperialis dignitas ſi a Deo fuit inſtituta, pientiſſimus Princeps pro exoneranda Conſcientia ſua, ipſi Deo imperii partem relaxando, partem a Ro-

mano Põtifice Chriſti indubitato ,ac immediato Vicario tacite recognoſcendo, cur culpandus ſit, Chriſtianus homo non affirmabit, plane Optimus Imperator, quod Romanæ Eccleſiæ erat, ſi reſtituit, Succeſſor impius quis id reuocare audebit? Vitæ ac Mortis Conſtantini in propoſito quid conſiderabit? Quandoquidem quis dubitat indiuiſibile eſſe Imperium, & tanquam indiuiſibile ens trahere ad ſe non ens, ex hoc tamen Conſtantinum bonam fidem agnoſcendo, imperii partem relaxaſſe, & partem retinuiſſe negare, impium ſummopere, & deteſtabile ualde eſt: enim uero dũ Conſtantinus imperii partem debite relaxauit. et partem ex tacito permiſſu Papę retinuit, Nonne unum eſſe totius Orbis Principem, Papam ſcilicet, et ſe Papæ executorem eſſe Chriſtianiſſime demõſtrauit? hoc enim modo, et ſi Regia utatur poteſtate Imperator, imperii iura nequaq̃ diuiſit, ſeu Populum ſuũ alienauit, ſed quod Dei, et Romanæ Eccleſiæ erat, pie relaxando, in nihilo quippe Imperium læſit, contra publicam Imperii utilitatẽ nil molitus eſt, ſed ſuperiori, ut fas erat, dedit, ac fines mãdati a Deo ſibi crediti diligentiſſime obſeruauit, et aliis obſeruãdi iter ꝑbuit, Quod quidem cũ Spiritus ſancti inſtinctu factũ ſit, nec

ipſe Conſtantinus, ſeu ſucceſſores potuiſſent, aut hodie poſſent donationem, uel relaxationem huiuſmodi ſuperuacaneam reddere, et ſi cum plenitudine iuris, iuriſdictioniſq;, et abſq; ulla reſeruatione facta ſit, id enim quod a Deo prius habuerat Conſtantinus, in ea plenitudine iuris, iuriſdictioniſq;, ipſi Deo, et Syluestro eius Vicario, ac Romanæ Eccleſiæ Chriſti ſponſæ reddidit, ac relaxauit. Cæterum temporalis, ac ſpiritualis iuriſdictio inter ſe licet plurimum differant, et Pontificalis dignitas, et Imperialis diſtinctę, et ſeparatę ſint, ne propter mixtionem diuinum turbaretur officium, et eo magis cum a temporali iuriſdictione Chriſtus abſtinuerit, nolens diuiſionis iudicium ſuſcipere, Lucæ duodecimo, et Pilato dicens, Regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioanis decimo octauo, et uiſo numiſmate, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, et quæ ſunt Dei Deo reddi præcipiens, Marci duodecimo, rurſus Petro dicens, Conuerte gladium tuum in uaginã, Ioannis decimo octauo, Hæc enim diluuntur obiecta, Nam Imperium a Sacerdotio licet aliquo modo diſtinctũ ſit, a Deo nihilominus, et ab eccleſia proceſſiſſe tanq̃ a cauſa efficiẽti ſcriptura oĩs probat, et ſucceſſiue imperiũ facile ad eius naturã reuerſum fuiſſe, qđ Chriſtus nunq̃ ꝓhibuit, quinimo ſũmopere cõprobauit, dũ

utranq;

utraq; poteſtatem in humanis degēs ſæpius exercuit,cuius tēporalis iuriſdictionis cū capax Chriſtus eſſe uoluerit,pariter et Papam eius indubitatum,ac immediatum Vicarium iuriſdictionis huiuſmodi capacem eſſe iure optimo dicendum eſt; et hoc modo diluuntur etiam obiecta illa Theologorum,Canoniſtarum, et Legiſtarum, ſcilicet; quos Deus ſeparat,hominē coniungere nō poſſe, ut Aquilam, et Leonem, et ſic Imperium, et Sacerdotium, et id, Diſcipulum ſupra Magiſtrum, ſeu ſeruum maiorem Domino ſuo eſſe non debere,cum aliis ſimilibus, enimuero et ſi Chriſtus abſtinuerit a temporali iuriſdictione,non ſequitur, ergo eam habere noluit, quinimmo illi præfuit,et eam ut ſupra exercuit,et uniuerſi Orbis monarchiam ſuā eſſe declarauit,dicens,data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo,et in terra, Matthæi ultimo,et latius in præcedentibus dictum eſt,Ideoq; ſi Chriſtus temporalis iuriſdictionis gladium habere uoluit,cur Papæ Chriſti uices gerenti,illa uti non licere impie multi atteſtati ſunt?Proinde his ita declaratis,et ſi manifeſta colligatur reſponſio ad omnia ea argumenta,uerumtamen quia inter ipſa cōtraria fundamenta adducitur authoritas quorūdam inſignium uirorum aduerſus talem donationem reclamantium:Idcirco ad id Dantis Poetæ

Florẽtini,q librũ quendã ędidit,q̃ uocat̃ Monar chia,in quo libro inter cæteras quęſtiones p eũ di ſputatas,una fuit,an imperium dependeat ab Ec/ cleſia,& tenuit ꝙ non,& ſucceſſiue non ualuiſſe do nationem per Conſtantinum Imperatorem Ro/ manæ Eccleſiæ factã,cui opinioni reſpondetur er roneam ualde,& falſiſſimam eſſe, quemadmodũ concludit Bar.in.l 1.§.pręſidis.ff.de requir.reis,ubi dicit Poetam hunc quaſi ex hoc ſolo fuiſſe de hę/ reſi damnatum,& ibi eum ſequuntur alii , & hanc opinionem plurimum damnant canoniſtæ in.d.c. cũ ad uerum .lxxxxvi.diſt.& eadẽ diſt.c. Cõſtan tinus.Simili modo nõ obſtat alia authoritas Lau rentii Vallæ,de qua ibidem ſequenti fundamen/ to,nam dum primo loco arguit ipſe ueriſimile nõ eſſe Cõſtãtinum Imperatorem imperium tot la boribus partum maxime cum filios ſibi in Impe rio ſucceſſores haberet donare uoluiſſe,nec cõgru am fuiſſe remunerationem,ſed excedentem,ut ibi dictum fuit,ad quod reſpondetur,ꝙ ſi Valla ſpiri tu Dei , & ſecundum Chriſtianam legem locutus fuiſſet,non eſſet oblitus a domino in euangelio eſ/ ſe dictũ Matthæi.xvi.Quid prodeſt homini ſi uni uerſum mundum lucretur, animæ uero ſuæ de/ trimentum patiatur ?aut quam dabit homo com mutationem pro anima ſua?ideo bonum ſecutus

conſilium Conſtantinus Imperator, tum propter uictoriam, quam in ſigno Crucis nondum baptizatus, contra Maxẽtium obtinuerat, tum ex uiſione, & admonitione apoſtolorum Petri, & Pauli, tũ ex curatione ab incurabili morbo lepræ per baptiſmi lauacrum ſibi cõceſſa ad cor rediit, bonam fidem agnouit, comperto etiam, ꝙ Domini eſt terra, & plenitudo eius, & ꝙ Chriſtus in Terram deſcendens, & inter homines degens, plenitudinem poteſtatis, tam temporalis, q̃ ſpiritualis obtinuerat, & aſcendens de hoc mundo ad Patrem in illa plenitudine, Vicarium ſuum Petrum, & ipſius Petri Succeſſores reliquerat, de quo plura habentur per Doctores in.d.c.cum ad uerum: et ſic cũ Cõſtantinus omnium prædeceſſorum ſuorũ Imperium, ſeu Monarchiam, quæ hactenus in mundo fuerãt dep̃henderet, & hæc, uſurpationes, & indebitas occupatiões eſſe animaduerteret, idcirco uoluit Imperium ſuum, & terrenum Thronum ſubiicere Syluestro Papæ Chriſti Vicario, ipſumq; Principem totius mũdi ꝓfiteri, & omnes Italiæ, & Occidentis prouincias eidem cõcedere, atq; relinquere, ut patet ex eo tex.in.d.c. Conſtantinus, & ponit Alberic. in.l.fin.§.i..ff.de officio pręſid.urb. Quo facto impleuit Conſtantinus quod dixit Dauid.i. paralip.ulti.in manu tua dñe uirtus, & potentia, &

in manu tua Magnitudo, et Imperium omnium, tuæ ſunt Diuitiæ, tua eſt Gloria, tu dominaris omnibus, ego autem et populus meus quid ſumus, ut poſſimus tibi aliquid promittere, uel dare? cũ tua ſint omnia, peregrini autem ſumus corã te, et aduenæ, ſed hęc ipſa quę de manu tua accepimus, dedimus tibi, et ſic cum hæc facta ſint a Conſtantino pro exoneratione conſcientiæ, et pro agnoſcenda bona fide, non mirum ſi non attentis uerisſimilitudinibus Laurentii Vallæ, poſthabitis omnibus ſæcularibus deſideriis, zelo Dei feruens, talem donationem, ſeu relaxationem fecerit Cõſtantinus, ad quod etiam accedit bonus tex. in. c. in ſcripturis, et in. c. nos ad fidem. lxxxxvi. diſt. et. xi. q. i. c. ſacerdotibus, Agnouit enim Cõſtantinus Syluestrum Papam Principem totius Mũdi, et ei reliquit Romã, et potiores partes Imperii, reſeruatis ſibi partibus Orientis, ex tacita permiſſione Sylueſtri, et ſic donatio prædicta non tam in remunerationem proceſſit, quia mundatus á lepra, ut recipit Eccleſia in legenda Beati Sylueſtri, quæ autentica eſt. c. ſancta Romana, uer. Item actus Beati Sylueſtri. xv. diſtinct. q̃ ad ipſius Cõſtantini conſcientiæ exonerationem, ut ſupra deductũ eſt. Vlterius nec obſtat aliud fundamentũ eiuſdẽ Vallæ, dũ aſſerit nõ eſſe ueriſimile, ꝙ Sylueſter Papa uir ſanctus talẽ donationẽ

tionē imperii tēporalis acceptaſſet,quaſi ordini cle
ricali nō cōuenientē,circa quod multa uerba effun
dit incaſſum,cui fundamento reſpondetur Cleri
cali ordini minime contrariam fuiſſe tātorum bo
norum appropriationem, dato etiā ꝙ noua acqui
ſitio fuiſſet,prout nō fuit,quia potius reſtitutio fu
it,& debita recognitio,nam ꝙ Papa bona immobi
lia habeat,oppida,et alia iure proprietatis , non eſt
contra clericalem,aut Apoſtolicam inſtitutionē,et
uitam,ut tradunt eleganter Canoniſtæ per illum
tex.in.c.expedit.xii.q.i.ideo non tantum mirandū
eſt,ut inquit Valla,cui dici forte potuiſſet,non ſa-
pis ea quæ Dei ſunt,et quod fortius eſt,talem do
nationem nullo modo reſpuere debuit Sylueſter
Papa,quinimmo omni conatu,et induſtria, illā ac
ceptare,cum enim uideret ſuperioribus annis iam
exacerbata perſecutione Chriſtianorum,ex Gri-
pta mentis Soractæ ſe euocatum ad manifeſtan-
dam gloriā Dei in liberatione Imperatoris,ipſūq;
Imperatorem corde contritum ad relaxanda quę
occupabat indebite, et agnoſcēdum Vicariū Chri
ſti in uniuerſalem dominum totius mundi,dexte
ra excelſi ad tantam mutationem adductum uide
ret,quam pauloante fecerant Dyocletianus, et Ma
ximianus Imperatores contra Chriſtianos, Nūc
Imperator Conſtantinus ſe ipſum,et totum orbē

G

Chriſto,& Vicario ſuo ſubditum agnoſceret, po/
tiores imperii partes eidem relinqueret,non debu
it oblatam donationem reſpuere, & Spiritui ſan/
cto,qui in Conſtantini operibus,& tanta mutatio/
ne,cum uir multi ſanguinis antea fuiſſet,& nũc ad
tantam pietatem cõuerſus eſſet,reſiſtere ,peccaſſet
enim Papa ſi hoc feciſſet, ꝙ non acceptaſſet, ſicuti
tradit Archidia.x.q.ii.c. Epiſcopus. Quinimmo
non potuiſſet, ſi uoluiſſet eam repudiare, quia,&
quo ad Deum,& quo ad Mundum, conſcientiam
ſuam proculdubio obligaſſet,quẽadmodum tra/
dit glo.xii.q.iiii.c.quicunq;.facit bonus Tex.C.ar/
bitr.tutel.l.quicquid,& in.c. tua nuper de his quæ
fiunt a Præla,& ibi late Innocen.pariter nec repu/
diando,Eccleſiæ præiudicare potuiſſet in tãto pri
matu ſibi debito.c.cum ueniſſet de inſtitu.Imol.&
Panormitan.in.c.i.extra de dol.& contuma.Inno/
cen.in.c.grauis de depoſi. Summopere hinc dece/
pit ſe Valla in confincta ſua oratione Sylueſtri, ad
Conſtantinum,dum tot nugis,uel potius ineptiis,
ad huiuſmodi Donationem reſpuendam Sylue/
ſtrum omni iure obligatum fuiſſe exclamat,ut nõ
decebat inquiens olim a Sacerdote omnem pecu/
dem ,Feramq;,& Ouem ſacrificari, ita non omne
ab eodem accipiẽdum eſſe munus, Proinde in per
ſona Sylueſtri loquens,ego inquit Sacerdos ſum,

ac Pontifex,Qui deſpicere debeo,Quid ad altare patiar offerri,ne forte non dico immundum animal offeratur,ſed Vipera,aut Serpens,itaq; ſic habeas. Si foret tui iuris partem Imperii, cum Regina orbis Roma alteri tradere,quam Filiis,quod minime ſentio,ſi Populus hic,ſi Italia,ſi cæteræ nationes ſuſtinerent,ut quos oderunt ,& quorum religionem adhuc reſpuunt, capti illecebris ſæculi, eorum imperio obnoxii eſſe uellent,quod impoſſibile eſt,Tamen ſiquid mihi credendum putas fili amantiſſime,ut tibi aſſentiar, ulla adduci ratione non poſſum,niſi uellem mihi ipſi eſſe diſſimilis, & conditionem meam obliuiſci, ac propemodum Dominum Ieſum abnegare: Tua enim munera, ſiue ut tu uis,tuæ Remunerationes ,& Gloriam,& Innocentiam,& Sanctimoniam meam,atq; omnium, qui mihi ſucceſſuri ſunt, polluerent, ac prorſus euerterent,uiamq; iis,qui ad cognitionem ueritatis uenturi ſunt,intercluderent. An uero Heliſeus a Naaman Syro a lepra curato , mercedem accipere noluit,ego te curato accipiam?ille munera reſpuit?ego Regna mihi dari ſinam , ille perſonam Prophetæ maculare noluit,ego perſonam Chriſti , quam in me gero ,maculare potero?Et paulo poſt,Eadem mihi,atq; adeo maior eſt cauſa, cui etiã a Domino præcipitur dicẽte,infirmos cu

rate,mortuos ſuſcitate,leproſos mundate, Demō nes eiicite,gratis accepiſtis,gratis date:Hæc ille, & alia plurima,ob idq; de eo uerba hæc ꝓtulit Martinus Lutherus in quodam libello ſuo. At nunc Laurentius Valla is eſt, & quotidie magis fit,cui nec Italia,nec uniuerſa Eccleſia multis ſæculis ſimilem habuit, non modo in omni diſciplinarum genere ,quod nullus adhuc præſtitit magiſter noſter eximius,ſed in conſtantia, & zelo fidei Chriſtianæ non ficto,Quippe ſi ſpiritu Dei,& ſecundū Chriſtianam riligionem ſenſiſſet Valla , profectò pro comperto habuiſſet quẽadmodum ſupra dictum eſt,ꝙ Domini eſt terra , & plenitudo eius,& ꝙ Chriſtus in terram deſcendens ,& inter homines degens,plenitudinem poteſtatis , tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus habuit,& de hoc mundo ad Patrem aſcendens , in illa plenitudine Vicarium ſuum Petrum,& ipſius Petri ſucceſſores reliquit,Quo euenit in facultate , ſeu Sylueſtri authoritate non fuiſſe,donationem huiuſmodi repudiare,& impræſentiarum aliorum Romanorū Pontificum nō eſſe,illi aliquo modo derogare,rationibus,& authoritatibus iam deductis, & allegatis,& eo magis cum donatio talis non proceſſerit intuitu Sylueſtri Papæ tantum , ſed Romanæ catholicæ Eccleſię,quæ nunquam moritur,et ſic nō

licuiſſe

licuiſſe Syluestro,etiam ſi uoluiſſet illam,ut aſſerit Valla repudiare, & dum dicitur ꝙ adminiſtratio temporalium non conuenit clericis reſpondetur, ꝙ adminiſtrabunt temporalia per alios, ut habe-tur in.c.fin.extra ne cleric.uel mona. & in.d.c.cum ad uerum.lxxxxyi.diſt. quinimmo pie credendũ eſt,ꝙ uidens Deus omnipotens tantas perſecutio-nes Eccleſiæ,quantas crudelitates Imperatorum,a tempore maxime Neronis,uſq; ad Diocletianum, & Conſtantinũ perpeſſa fuerit eccleſia, effuſo mul to ſanguine martyrum,miraculoſe illa operatus ſit in Conſtantino, ſcilicet multas uictorias in ſigno Crucis,pacationem imperii ſui,triumphũ de mul-tis hoſtibus,& proprii corporis a lepræ morbo li-berationem,ut in corde illius effunderet,quomo-do manifeſtaret inter tot procellas Eccleſiæ, Glo-riam Dei,illiq; apoſtolos Petrum,& Paulum appa rere uoluit,quorum conſiliis,& beati Syluestri au ſpiciis,ipſe Conſtantinus liberaretur, & Chriſtia-norum perſecutio in ſplendorem,& gloriam con-uerteretur,& Mundus uniuerſus plenam ſuperio-ritatẽ orbis eſſe in Chriſti Vicario agnoſceret,tam in temporalibus,q̃ in ſpiritualibus, ut hoc quan-doq; eſſet tutamen Eccleſiæ, & temporali poteſta-te ſpiritualem tueri,& conſeruare poſſet. Aliud de inde non obſtat Laurentii Vallæ fundamẽtum ex

nonnullis legalibus obiectionibus aduerſus ta-
lem Donationem, eſto inquit ꝙ Donatio talis fa-
cta fuerit a Conſtantino, ex hoc tamen non con-
ſtat, ꝙ per Syluestrũ fuerit acceptata, ad hoc enim
ultra ſuperius deducta reſpondetur, ex eo nequa-
quam argui Donationem Eccleſiæ factam nõ ua
lere: Nam clarum eſt ꝙ fauore Eccleſię, & piæ cau
ſæ ualet Donatio, etiam non data præſentia, quan
do Deo dirigitur, ut eſt glo. in. c. quotiens cordis
oculus. i. q. vii. Bart. & Bald. in. l. illud. C. de Dona.
Præterea cum Donatio talis per ſcripturam facta
fuerit, quandocunqꝫ acceptari potuit, ut per Bar.
in. l. nuda ratio. ff. de Donatio. Imol. in. c. Si cautio,
extra de fide Inſtrumen. & eo magis ut dictum
eſt, cum iſta non fuerit tam Donatio, q̃ Dimiſſio
indebite occupatorum: Addit quoqꝫ Valla ma-
iorem errorem, Dicens ꝙ ex quo non fuit ſecuta
rerum donatarum Traditio, & ſolennis Introni-
zatio, talem non ualuiſſe Donationem, ſed uano
nomine factam cenſeri, quod eſt contra Textum
in. l. fina. C. de ſacroſanct. Eccleſi. ubi per Donatio
nem factam Eccleſię transfertur Dominium ſine
traditione, Confirmat errorem ſuũ Valla, ex euẽ
tu poſtea ſubſecuto, quia poſtea tã Conſtantinus,
q̃ Conſtantius, & Archadius Imperiũ in urbe Ro

mana,& Italia,ac aliis Prouinciis, in dicta Dona-
tione incluſis,exercuerunt,non autem Papa. Ad
hoc enim reſpondetur, ꝙ tolerantia Pontificum,
quæ potuit ex uariis cauſis,& accidentibus cauſa-
ri,& prouenire,ipſi Romanæ Eccleſiæ obeſſe non
potuit: Nam ꝙ Conſtantinus contrauenerit Do
nationi huiuſmodi nullibi legitur,ſed dato etiam
ꝙ contraueniſſet, & poſt eum alii Imperatores,
non per hoc tolerantia Pontificum, aut uiolentia
Imperatorum,uel neceſſitas temporum præiudi-
care Eccleſiæ potuit.lxiii.diſtinctio.§.uerum.Cla-
rum eſt enim Imperatores multam operam de-
diſſe,ut Pontificum poteſtatem uſurparent, Im-
mo de Eccleſiis,& Bonis,ac Perſonis earum mul
ta ſtatuere attentarunt,ut toto Titulo.C. de ſacro
ſanct. Eccleſi.& in auct.de non alienand.& in auct.
de Sanctiſſim. Epiſcop. & nihilominus dubium
non eſt, ꝙ de his non poteſt ſtatuere Imperator,
ut late per Canoniſtas in.c.Eccleſiæ ſanctæ Mariæ
de conſtitu. Vltra prædicta nec obſtat aliud Val
læ fundamentum in nullis hiſtoriis caueri de hac
Donatione, Quia reſpondetur hoc mirum non
eſſe,ex quo in ultimis Annis imperii Conſtantini
iſta geſta fuere, & Imperatores qui Conſtantino
ſucceſſerunt, curauerunt ſummopere, ut iſta oc-
cultarentur,& abolerentur,nec de eis mẽtio in hi-

ſtoriis fieret,ſic uidemus in clemen.de iur.iur.ubi audebat Henricus negare iuramentum fidelitatis fuiſſe præſtitum,uel de cætero præſtandum p Imperatorem Papæ,et tamen ibi conuincitur per Papam iniuſte facere, uel dici poteſt ulterius de hac donatione ĩ hiſtoriis caueri, quod manifeſte patet in hiſtoriis Vincentii lib.xiii. qui alios conteſtes huius hiſtoriæ adducit, et latius de hoc infra eodem dicetur in ſequentibus.

❡Eodem modo non obſtat ſequens fundamentum Vallæ,dum aſſerit multas Terras,et Prouincias contentas ſub Cõſtantini donatione,per alios Reges,et Prĩcipes,denuo Romanæ Eccleſiæ fuiſſe donatas,p quod intelligi datur, ꝙ ſi talis Conſtantini donatio ualuiſſet,poſtmodum p tales Reges,ſeu Principes,fruſtra,et incaſſum donatũ Romanæ Eccleſiæ fuiſſet, ad quod reſpõdetur maximum eſſe errorem ſic tenentium,et non recognoſcentium huiuſmodi donationes, non tam nouas donationes,q̃ recuperationes de manu inuaſorũ, et reſtitutiones indebite tenentium fuiſſe, cũ enim eſſent territoria occupata a Longobardis in Italia, et per Carolum Magnum recuperata,licet ſemper iure poſtliminii dici poſſint remanſiſſe Eccleſiæ,cuius fuerunt.l.id quod apud hoſtes, et ibi doctores ff.de lega.i.Tamen ex quo Carolus illa recuperauit,

uit,et Romanæ Eccleſię dedit,eius liberalitati aſcri bitur,uideturq; donata ab eo,cum potius ſint ſuo dominio reſtituta,et eodem modo de aliis ſupra deductis dicendum eſt,ut prædicta fuerint potius recuperata,uel relaxata,ſeu reſtituta ab occupatori bus,q̃ de nouo donata,et ſic nõ excluditur ex hoc, quominus a Conſtantino,ut dictum eſt prius,donata fuerint,et hac eadem reſpõſione tolluntur deducta in alio ſequenti fundamento.

¶ Vlterius declarationibus ſupra factis minus obſtat authoritas Chriſtianiſſimi uiri Antonini epiſcopi Florentini,de qua ſupra eodem fundamento.xxxviii.pro inualiditate donationis Conſtantini,Nam et ſi uerba de quibus ibi ꝓferat ipſe,nihilominus ſubdit poſtmodum,ualidum ſaltem uideri,quod Ludouicus Francorum Rex ,et Imperator ſub iure iurando Paſchali Papæ,et ſucceſſoribus eius promiſit,de quo legitur.lxiii.diſtin.c. ego Ludouicus,et Ottho theutonicorũ primus Imperator cõfirmat eadẽ diſt.c.tibi: Sed et quæſtio adhuc agitur,ſubdit poſtmodum inter canoniſtas,et legiſtas,utrum illa tenuerit donatio,Quod canoniſtę omnino firmãt,et theologi magis cõfirmãt, eo quia non fuit ſimplex donatio,ſed potius reſtitutio Eccleſiæ facta iuris ſui,cũ oĩa ſint de Chriſti dñio,cuius Papa eſt Vicarius in terris,et ſic Anto

ninus ibi non uidetur diſſentire, a cõcluſione pro ualiditate Donationis ut ſupra, Minus præterea obſtat authoritas Hieronymi cathalani Canonici Barcinonenſis, apud probatum aliquem hiſtoricum, de tali Donatione ſe quicquam nunquam legiſſe, præſertim eos, qui ſcripſerunt illa ætate, uel illi proxima, quod ſatis concordat cum eo Laurentii Vallæ, de quo in præcedentibus, dum dicit in nullis hiſtoriis de hac donatione caueri, cui obiectioni reſpõdetur prout ſupra reſponſum fuit, ſcilicet mirandum non eſſe de hoc, ex quo in ultimis Annis imperii Conſtantini, iſta geſta fuerunt, & Imperatores qui Conſtantino ſuceſſerunt, curarunt ut iſta occultarentur, & abolerẽtur, nec de eis mentio in hiſtoriis fieret, ut ibi dictum fuit, Sed ulterius dato ꝙ in hiſtoriis gentilium, uel aliis eorũ ſcriptis de hac conceſſione mentio non fieret, non tamen caret fide, & authentica habet documenta, quæ per magnos authores traduntur. Quippe Iſidorus epiſcopus Iſpalẽſis, cuius ſcriptis multum repletũ eſt opus decretorũ, ĩ tractatu de ſynodis, hoc decretum in quo de baptiſmate Conſtãtini, & eius curatione a lepra, & cõceſſionibus ſupra expreſſis ponit. Beatus quoq; Bernar. ad Eugeniũ tacite hoc cõfirmat, dũ dicit, ꝙ Papa in his inſigniis Cõſtantino ſuccedit. Itẽ Adrianus Papa in epiſt.

ad Conſtantinũ,& Helenã eius matrem ponit de diuiſione apoſtolorum Petri,& Pauli, quæ indicauit Cõſtantino liberationem a lepra, unde poſtea facta fuit cõceſſio de qua ſupra. Quod etiã innuit Hieronymus in epiſt. ad Euſtachiũ, quę incipit Sæpiſſimo rogatu de uinculis ſancti Petri,& p eundẽ pſalm. cxxxviii. ubi fatetur Conſtantinũ uiſitatũ p ſanctos apoſtolos Petrum, et Paulũ, et per Syluestrũ baptizatũ, factũ eſſe defenſorẽ fidei, quod idẽ poſtmodũ cõfirmauit idẽ Imperator, in. l. diui. C. de natu. liber. ſecundũ literã quã refert Bald. in p hem. ff. dũ dicit ibi eſſe literã, ꝙ Cõſtantinus propter chriſtianã religionẽ Romanũ diminuit imperiũ, quod quidẽ expreſſius habetur in. c. fundamẽta uer. ne autẽ ipſa mater, de elec. lib. vi. et magis expreſſe ĩ clemen. Romani. de iur. iur. uer. porro, ubi ſpecifice dicit̃ de hac cõceſſione, recognitiõe, annotatione, et libera dimiſſione Cõſtantini, poſtea per alios ſucceſſores in imperio Carolũ primũ, et Hẽricũ ſecundũ, Ottonẽ quartũ, Fedricũ ſecũdum, et Carolũ ultimũ cõfirmatis, et innouatis, nec ueriſimile eſt, ꝙ ſancti Pont. ĩ iuribus exp̃ſſis, quę p lege uniuerſali ędiderũt, mẽtiti fuerint, nec uerisimile eſt, ꝙ iſtã approbationẽ, et innouationẽ ab Imparatorib. exegiſſẽt, uel acceptaſſent, ſi exploratũ nõ habuiſſẽt, hãc Cõſtãtini cõceſſionẽ ĩ ueritate factã fu

iſſe, neq; Imperatores prædicti dictam conceſſio-
nem p ſucceſſus,& interualla temporũ approbaſ-
ſent,ſi talis conceſſio conficta, ſeu inualida fuiſſet.
Inſuper deſcendendo ad modernas hiſtorias hu-
ius conceſſionis ueritatem affirmat Vincen. in lib.
hiſtoriarum.xiii.qui alios conteſtes huius hiſtorię
adducit,& authentici tenor inſeritur per Alberic.
in.l.i.ff.de offi.præfe.urb.uidemus ſimililer multa
præclara geſta martyrum in hiſtoriis gentiliũ tra
di,& tamẽ ab Eccleſia celebrari,& receſeri ,& expe
riẽtia docet ,ꝙ principũ,& potentũ teſtamẽta mul
ta deleta ſunt,neq; in lucem prodierunt,& dũ ſub-
dit præfatus ſcribens,nec Euſebium, qui fuit dili-
gentiſſimus ſcrutator,& narrator rerum Chriſtia
narum de tali conceſſione uerba feciſſe,uel ut con-
tendit Valla Euſebium dixiſſe Conſtantinũ pue-
rum,cum patre chriſtianũ fuiſſe effectum, Ná cõ-
trarium dixere proculdubio Caſſiodorus, & Hu
go floracen.nec mirandũ eſt, ſi ab æmulis Roma-
nę eccleſię Euſebii liber in hoc corruptus,et depra
uatus fuiſſet,ut refert Vincen.ubi ſupra, qui refert
Euſebiũ dicere Cõſtantinũ mundatũ a lepra, et a
Syluestro baptizatũ,quaſi ipſe Vincẽtius Euſebii
codicem forte uidiſſet non mẽdoſum, et deprauа
tum, et ueritati conformantem, quam confirmat
etiam Ambroſius in Libro de obitu Theodoſii,

dicens

dicens Conſtantinum in ultimis fuiſſe baptizatũ, et hoc approbat legẽda Syluestri,qua Eccleſia pro autentica utitur,et licet ut ibi ſubdit poſt Conſtantini mortem per plures q̃.CCC.annos Imperatores Vrbis,et Italiæ gubernacula per Duces, Præſides,et Exarchos retinere uiſi fuerint, reſpondetur quemadmodum ſupra eodem declaratum eſt,Põtificum tolerantiam,quæ cauſari potuit ex uariis temporum cauſis,et accidentibus,Romanæ catholicæ Eccleſiæ nulla ex parte obeſſe potuiſſe, ut ibi latiſſime declaratum fuit.

¶ Et eodẽ modo non obſtat ſequens obiectio Vlrichi Huttheni,cui obiectioni pro reſpõſione aptari poſſunt omnia ſupra deducta in reſponſionibus ad argumenta Vallæ,nam dum Vallæ libellũ aduerſus talem donationem,ex tenebris in lucem reuocare,et ab interitu ad uitã reducere conatus eſt, ſeipſum proh dolor,ex luce in tenebras ,ex uita in interitum præcipitem dedit, et ex his ſat ſibi ſuperq; reſponſum ſit.

¶ Vlterius ad aliam authoritatem præſulis illius Nicolai de cuſſa,in libello ſuo quem ad Baſilienſe Cõcilium ſcripſit de cõcordantia catholica,ex ſupra latiſſime deductis colligitur reſpõſio:nã dum ipſe dicit, ꝙ quæſtio hæc nec ſoluta eſt hactenus, nec ſoluetur ueriſimiliter unquã,reſpõdetur ſatis.

ſuperq; ſolutam eſſe,ex his quæ tradita ſunt ſupra eodem in præcedentibus,Dum uero ſubdit ſupra modum ſe admirari, ſi res ita eſt,eo quod in au/ thenticis libris,& hiſtoriis approbatis,nihil de do natione huiuſmodi inueniatur, eo inſuper modo reſpondendum eſt,quo reſponſum eſt ſupra,ſcili/ cet puenisſe hoc,ex eo quod Imperatores,qui Cõ/ ſtantino ſucceſſerunt,curarunt ſummopere, ut iſta occultarentur,abolerenturq;, nec de eis mentio ali qua in hiſtoriis fieret. Vel ſecundo modo, Quin/ immo de hac Donatione maniſeſte in Hiſtoriis caueri,ſicuti ibi latiſſime declaratum fuit, & dum ſubdit Romanos Pontifices Imperatores fateri Dominos,dicendum eſt in locis,in quibus hoc re peritur,ex benignitate,et Pontificum manſuetudi ne,id prouenire,cum iure optimo Imperator Ec/ cleſiæ filius nũcupetur,et ſit,Quemadmodum ha betur.lxxxxvi.diſtinct.c.Si Imperator, et eadem diſtin.c.in ſcripturis. Et dum inquit poſtmodum ſe nunquam legiſſe, Quin uſq; ad Pipini tempo/ ra Imperator remanſerit in poſſeſſione locorum præfatorum,nec unquam legiſſe aliquem Roma/ norum Pontificum uſq; ad tempora Stephani Se/ cũdi in illis locis noĩe ſancti Petri iuris aliquid ha bere præſumpſiſſe,dici poteſt quatenus uerum ita eſſet, prouenisſe hoc ex Imperatorum uiolentia,

quæ uiolentia, ut in præcedentibus dictum eſt,
Romanæ Eccleſiæ in nullo obeſſe potuit, et eodē
modo, dum ſubdit dictamen illud Apocryphum
eſſe, ex eoq; Gratianum in ueteribus codicibus, et
Canonum collectionibus non poſuiſſe, ſed pro pa
lea tantum addidiſſe, tāquam confinctam ſcriptu
ram, ſicuti multa alia inueniuntur ex Apocryphis
libris noſtris inſcripta, Quod comprobare niti-
tur, ex quo in quodam Libro inuenit Donatio-
nem huiuſmodi Conſtantini multo plus contine
re, ut ipſe ibi atteſtatur, q̄ poſitum ſit in Decreto,
Nam ad hoc reſpondetur ex eo quod palea dica-
tur Textus ille in dicto.c.Conſtantinus nonageſi
ma ſexta diſtin. non per hoc carere ſua authorita-
te, quia multos Textus uidemus pro palea anno-
tatos in eo uolumine, qui tamen ſunt magnæ au-
thoritatis, non minus q̄ Textus per Gratianum
inſerti, Et hanc reſponſionem ueram eſſe compro
bat Textus ille, qui non tam de præſenti loquitur,
aut diſponit, q̄ de præterito geſta atteſtatur, et in
hanc ſolēnem formā a ſe facta declarat, et ad ꝑpe
tuā rei memoriā indicat, ideo nō quaſi beato Syl
ueſtro, ſed omnibus poſteris Chriſtifidelibus hāc
ſuā ꝑſtationē dirigens, datam in fine apponit, et
prædicta uera eſſe demonſtrat authoritas Ambro
ſii ubi ſupra, dum dicit Imperatorem Conſtanti

num in ultimis annis imperii ſui fuiſſe baptizatū, ex quo tolluntur duo illa fundamenta eiuſdem, dum dicit Conſtantinum ab Euſebio Nichomediæ epiſcopo fuiſſe baptizatum,cū e regione a Syl ueſtro(ut dictum eſt)baptiſmum ſuſcepiſſe certū ſit,quod neceſſaria comprobatur ratione, ex quo in ultimis annis ſui imperii euenit hoc,quo tempore Romanæ Eccleſiæ præſidebat Sylueſter,et prout latius in præcedentibus declaratum eſt, et quo ſtante,aliud tollitur argumentū de Melchiade Papa,dum ſubdit,Conſtantinum Imperatorem tēpore Melchiadis Papæ,Chriſtianū extitiſſe, quod ſecus eſſe apparet manifeſte ex ſupra deductis, nā licet tempore Melchiadis,qui fuit in initio imperii Cōſtantini,ipſius Conſtantini aliqua fuerit conuerſio propter miraculum apparitionis Crucis, et uictoriam ī eo ſigno ſecutam,ut fatentur omnes, attamen uera ipſius conuerſio,et baptiſmum ſubſecuta ſunt poſtea in ultimis annis ſui imperii,tempore quo præſidebat Romanæ Eccleſiæ Sylueſter,a quo baptiſmum ſuſcepit, et a lepra mundatus fuit: Ad exempla autem, quæ ipſe deducit de Stephano ſecūdo Papa,et ipſius recuperatione exarchati Rauēnatis ab Aſtulpho Lōgobardorum Rege,mediante Pipino Francorum Rege, reſpondetur Stephanum dictum exarchatū recuperaſſe.

tanquam

tanquam bona,& patrimoniũ ſancti Petri,non au tem tanquam bona imperii,quod ipſemet oſten/ dit,dũ dicit ꝙ Pipinus ad Aſtulphũ miſit,nec pro fecit,unde cum nõ poſſet Pipinus ſic ab Aſtulpho reſtitutionem impetrare, promiſit Stephano ſe ui ablaturum ab eo,& ſancto Petro daturum,& quæ promiſerat expleuit,ex quo intelligi manifeſte da tur,ꝙ chriſtianiſſimus ille uir Pipinus Romanæ Eccleſiæ Rauẽnatem exarchatũ ut ſupra non de/ diſſet,niſi omni iure ad eandem Romanam eccle/ ſiam ſpectare cognouiſſet: Quod quidem corro boratur ex alio ſequẽti eiuſdẽ exemplo,de Adria no Papa,& Carolo magno Pipini filio, Nam cum Deſyderius eorundem Longobardorum Rex il/ las ciuitates,uel earum aliquas tempore ipſius A/ driani ui cępiſſet,Adrianus ad eum miſſis legatis, repetiit ius ſancti Petri,quod cum impetrare non ualuiſſet,inuocato Carolo Magno, Ciuitates illas recuperauit,& iterum Carolus magnus ſancto Pe tro ſolenni donatione donauit, et dũ ipſe dicit ex hoc conſtare Conſtantinũ Imperatorem imperiũ per exarchatum Rauennatem,urbem Romam,& occidentem,minime Syluestro Papæ, ſeu ſucceſſo ribus aliis dediſſe,uel donaſſe,pace ſua ſit dictum, cæcutit ſummopere,nec pręſumendum eſt tantos chriſtianiſſimos uiros,ſicuti Pipinus, & Carolus

Magnus fuere, Romanę eccleſię id tot eorũ impẽ-ſis, & laboribus partum tribuiſſe, quod ipſius eccleſiæ pleno iure antea non fuiſſet, idq; reſtitutio potius, q̃ noua conceſſio, extitiſſet.

¶ Inſuper dum ulterius adducitur authoritas ſupremi antiſtitis Pii Papæ in Dialogo ſuo, ubi per multa tenuit Conſtantini donationem nõ ualuiſſe, inuehíturq; contra Legiſtas, qui laborãt, ut ipſe dicit, diſputare an ualuerit, quod nunquã fuit, Ad hoc enim reſpondetur, Pium Papam Dialogum hunc feciſſe, anteaq̃ factus eſſet Papa, quod ſi poſtea factus Pontifex Maximus ſcripſiſſet, utiq; dixiſſet, non intellexi materiam hanc præter modo, ut dixit Theologus ille; qui habitis beneficiis curatis mutauit opinionem ſuam de illicita pluralitate beneficiorum, ut legitur in Cronica moderna, in. c. de Victore Papa ſecundo, & ita ad literam Felyn. in canone nouit extra de iudic. in fin. & ibi eum ſequuntur alii ſcribentes.

¶ Ad alia uero ſequentia fundamenta de Iuramẽto, quod præſtat Imperator in ſui electione, in manibus Electorum, & in ſui Coronatione, in manibus Papæ intelligendo ut in ſuperioribus deductum eſt, reſpondetur prout ad alia ſuperiora fundamenta reſponſum fuit, ſcilicet Iuramentum illud non arctaſſe Conſtantinum Imperatorem re

ſtituere Romano Pontifici,quod prius ſuum erat,
nec per huiuſmodi Reſtitutionem,ſeu Relaxatio-
nem, dici poſſe Conſtantinum diminuiſſe,ſeu di-
lapidaſſe iura Imperii,ſeu Priuilegia, & Dignita-
tes,ſed tantum bonam fidem agnoſcendo,Roma
næ Eccleſiæ, & eius Summo Pontifici, quod ſu-
um prius erat reſtituiſſe,& Conſcientiam ſuam ab
indebite occupatis exoneraſſe, Sicq; Chriſtianiſſi
mus Conſtantinus Romam patriam ſuam Or-
bis caput,terrarum Reginam,Ciuitatum poten-
tiſſimam, Nobiliſſimam, Ditiſſimam populorũ;
triumphatricem Nationum, Romanæ catholicæ
Eccleſiæ,eius ac Summo Pontifici,non ſolum re-
ſtituit,relaxauitq;, ſed ob reuerentiam Beatorum
Apoſtolorum Petri,& Pauli, una cum Vrbe Ro-
ma Italiam prouinciam ne dum, ſed prouincia-
rum uictricem,tres Gallias,duas Hiſpanias,Ger-
manos, Britannos, totum denique Occidentem
reſtituit: Et ſi diceret quiſpiam, remanſit ergo
quid Imperio, & Imperatori? Proinde ſummo-
pere cauendum eſt, in Romano Pontifice ineſſe
habitum uniuerſalis Dominii,tam reſpectu Tem-
poralis,q̃ Spiritualis iuriſdictionis totius Orbis,
& in eius poteſtate eſſe ſi uellet, huiuſmodi habi-
tum ad actum quandocunque reducere,quemad
modũ reduxit Chriſtus,Iohannis ſecundo,dum

facto flagello de funiculis ementes, & uẽdentes eie cit de templo, & numularios ſedentes: Sed quia ha ctenus temporalem iuriſdictionem ad actum re/ duxit tãtum, ſuper terris, & ciuitatibus ſibi, & Ro/ manæ eccleſię reſeruatis, habebit Imperator admi niſtrationem regni Italici, & Teuthonici, ut dixit Bald. in. l. barbarius. ff. de off. præto. & aliarum pro uinciarum ex benignitate Papæ, ſcilicet quas ſibi Papa non reſeruauit, Super quibus prouinciis eti/ am non reſeruatis, uniuerſalis dominii habitus in ipſo reſidebit Papa, iuxta latiſſime tradita. xcvi. diſt. c. cum ad uerum, ideo ꝙ ſi aliqui eſſent Princi pes, ſeu Potentatus, qui de facto ex immemorabili tempore Imperatorem non recognoſcerent, Papã ratione huiuſmodi habitus uniuerſalis iuriſdictio nis, & dominii, reaſſumere exercitium iuriſdictio/ nis huius, & dominii, & Principes, ſeu Potentatus tales iudicare, ac punire, quemadmodum habetur xv. q. vi. c. alius, Sicut dicimus de uſufructuario, ſi quo caſu deſinit poſſe uti, frui, proprietati conſoli/ datur, & proprietarius habet pleno iure rem, & ea fruitur iure pleni dominii ut. C. de uſufru. l. corru ptionem, et ſi diceretur ꝙ plus habet Imperator ĩ terris non incluſis in hac Cõſtantini conceſſione, ſeu reſtitutione, ut puta in terris imperii oriẽtalis, ꝗ in aliis incluſis in cõceſſione ſcilicet imperii occi

H dentalis,

dentalis,reſpondetur atteẽtis ſupra deductis,cũ Pa
pa uniuerſale habeat dominiũ, etiã in tẽporalibus
per totũ orbẽ ut dictũ eſt,non plus iuris conſequi
Cęſarẽ in prædictis terris nõ conceſſis,q̃ i cõceſ/
ſis ut ſupra,ſaluis ſemp terris,quas ſibi Pontifices
retinuerũt,retinẽtq; in præſentiarũ pro pleno do/
minio,& adminiſtratione etiã in tẽporalibus,quia
in illis nihil pęnitus iuris habẽt Imperatores.c.ſi
duobus extra de appellat.&.x.diſt.c.quoniã. Sciat
igitur Imperator,omni iure ſubditũ,ac ſubiectum
eſſe Papæ,Sciat pariter ꝙ ſicut Luna a Sole influẽ
tiam recipit,ita & Cęſarẽ a Romano Pont. influẽ
tiam recipere,ob idq; coronas Imperiales infulas
dici:Quippe Papæ,non Cæſari dictum fuit Paſce
oues meas,quod cũ indefinite dictũ ſit,de omni/
bus ouibus,& de omni pabulo temporali, ſeu ſpiri
tuali,intelligendum eſt,Quippe quis negabit,ꝙ ſi
cut unus Deus eſt,una Fides, unus Dei Vicarius,
ita unam eſſe debere iuriſdictionem primariã capi
tis,a quo omnis iuriſdictio,ſiue tẽporalis,ſiue ſpi/
ritualis emanet,Dicet ne quiſpiam Chriſti unum
ouile cõfundi poſſe per duos paſtores?alterum in
temporalibus,alterum in ſpiritualibus?Chriſtum
ac in uno corpore duo capita poſuiſſe?O impios
dos homines,qui Cæſarẽ,aut ſuperiorẽ,aut æqua
lẽ Papæ faciũt, nonne ad bene eſſe totius uniuerſi

orbis,tã reſpectu finis boni,ęterniq́;,q̃ publici tem poralis,unã Monarchiã,unum Principẽ,ad quem cętera referãtur dare cõuenit?quod ſi ita eſt,iuriſ dictionis primarię huius,ſeu monarchię,caput for te Cæſar eſt?& ſi eſt, quomodo imperiũ transfert Papa,quare Imparorẽ inũgit,approbat,cõfirmat, deponit,ac ſibi fidelitatis iuramentũ præſtat,qua ſuperioritate ipſum coronat,eundẽ cur filiũ,non autẽ dominũ appellat. Taceat igitr improbus Valla,obmùteſcãt & ſequaces, non ignari Romanum Pont. oĩa iudicare, ipſe uero a nemine iudicari,& quẽ conſtituit Deus ſuper gentes,& regna,ut euellat,diſſipet,ædificet,& plãtet,& cuius poteſtatẽ demiratus Auguſti.in ſermone beatorũ apoſtolorũ Petri,& Pauli. O mira potẽtia, & ineffabilis gratia Saluatoris inquit,Quis plebeium piſcatorem,apoſtolorum facile crederet Principẽ?& Regibus obſiſtere?Reges ſanctificare?regnis omnibus imperare?Mũdum legibus refrenare?Demones pedibus calcare?iubere uirtutibus?Cęlũ hominibus aperire cũ uellet?claudere cum placeret?immortale regnũ cõuerſis donare?negare pueriſis, merita mũdi cognoſcere?culpas,& crimina hominibus relaxare,plane fideliũ nemo dubitat temporalẽ iuriſdictionem,ad ſpiritualẽ acceſſoriã eſſe, ab eadẽ,ac ſpirituali iuriſdictione,temporalem ipſam iuriſdi-

ctioné regulari, ſubordinariq;, Dű Chriſtus Mat/thæ.vi.poſt ſermoné de téporalibus, Hæc oía adii/cietur uobis ait, quod cű adiectiue ibi dictű fuerit, ſcilicet quaſi acceſſorie téporalem iuriſdictioné ꝑ nihilo haberi indicat, quippe Romano Pont. utrã que iuriſdictioné tribuit quoq; Chriſtus Matthę. xxv. dum pcutienti Petro Pontificis ſeruű, cõuer te gladiű tuű in uaginã ſuam, nõ auté proiice abs te inquit, & Lucæ. xxii. dű dictum ei fuiſſet, Ecce gladii duo hic, reſpondit, Sufficit, non auté ſuper/fluere dixit: De quo etiã apoſt. ad Roman. xiii. nõ ſine cauſa gladiű portat, p quos gladios têporalê, & ſpiritualê, ſignificari iuriſdictioné, oís fatetur ec cleſia, caueat deinde Cæſar, ꝙ omnis poteſtas Dei pendês in eſſe ab alia, ſicuti a totali cauſa, eſt illi ſu/biecta, ſed poteſtas têporalis, reſpectu ſpiritualis, eſt huiuſmodi, igitur illi ſubiecta eſt. Minor proba tur, quia quod eſt cauſa totalis têporalis poteſtatis, quæ eſt in Eccleſia, eſt cauſa totalis Eccleſię, quod eſt Eccleſia, & hæc eſt gratia Spiritus ſancti, quia ſpiritualiter regeneramur, Dicente Apoſtolo pri/mo ad Corinthi. xii. in uno Spiritu omnes nos ba ptizati, ſiue Gentiles, ſiue Iudei, ſiue Serui, ſiue Li/beri in unum Corpus ſumus, & omnes in uno ſpi ritu potati ſumus, Vbi dicit glo. ꝙ Fideles omnes unum ſunt Corpus, quia omnes ſunt Baptizati

in uno Spiritu,quo efficiuntur unanimes,ſicut to-
tum Corpus hominis una Anima uegetatur, &
Auguſtinus ibi dicit, ꝙ ita Spiritus ſanctus facit
omnia in membris corporis Christi ,ſicut una ani
ma uidet in Oculo,audit in Aure, & in cęteris om
nibus omnia facit. Ergo poteſtas baptizandi ,&
adminiſtrandi Sacramenta alia, quibus regene-
ramur Spiritualiter,& gratiam Spiritus ſancti re-
cipimus,qua ſicut unum corpus efficimur ,eſt cau-
ſa poteſtatis temporalis in Eccleſia exiſtentis ,illa
autem dependent a poteſtate Spirituali, & à Papa,
ita ergo temporalia ,circa quæ uerſatur Impera-
tor, & Imperator ipſe dependent a Papa, Quod
quidem alia corroboratur ratione. Nam ſicut in-
tellectus ſpeculatiuus in homine bene diſpoſito,
præcipit,& dominatur intellectui practico, ita po
teſtas Papalis in mundo bene diſpoſito,præcede-
re debet, & dominari poteſtati Imperiali, Patet
hoc, quia bonum quod intenditur per poteſta-
tem Papalem, eſt bonum intellectus ſpeculatiui,
cum ſit illud bonum,per quod maxime, & prin-
cipaliſſime Deo coniungimur, & unimur. Tale
autem eſt bonum Intellectus ſpeculatiui ſecun-
dum Philoſoph.x. ethicor. Bonũ autem quod
intenditur per poteſtatem Imperialem, eſt bonũ
intellectus practici, quod ordinaꝛ̃ ad ipſum, tanꝙ̃

ad ſuum

ad ſuũ finẽ,ita poteſtas Papalis, cuius illud bonũ eſt finis,præcipit poteſtati Imperiali,quæ eſt ad finem Papalis,&cuius practici ſpeculatiuus eſt finis, quod ſi ſecus fieret,& Cæſari poteſtas,ſeu primatus tribueretur,maximũ ſequeretur incõueniens, ꝙ filius ſupra patrem eſſet,diſcipulus ſupra magiſtrũ,ſeruus ſupra dominum: Quæ omnia perpẽdens chriſtianiſſimus Imperator Cõſtantinus,animaduertẽſqꝫ totius orbis imperiũ a Deo,& a Romana eccleſia pendere:Cæſarem inſuper Papę miniſtrum,non ſuperiorem,ſeu æqualem, in temporalibus eſſe,quem deputauit Deus,ut eccleſias cõtritas,atqꝫ concuſſas reſtauret, nouas ædificet, & contra hęreticos,ac rebelles eccleſiam protegat,ac tueatur,Spiritus ſancti inſtinctu imperii partẽ Romanæ eccleſiæ,eius ac ſummo Pontifici dedit,reſtituitqꝫ,totius ſcilicet occidentis,Et reliquũ ipſius imperii pro ſe retinens,Eundem Romanũ Antiſtitem,ut ſuperiorem,& totius orbis tẽporaliter,et ſpiritualiter dominũ,in patronũ humiliter elegit, recognouitqꝫ. Cæterum Illuſtriss. PRINCEPS Romanę catholicæ Eccleſiæ,beatiſſimo,ac Romano Pont.quid donauerit,ſeu relaxauerit Cõſtantinus,ab eadem Romana Eccleſia quid recognouerit,Eandẽ inſuper Eccleſiam, qua reuerẽtia proſecutus ſit,eundẽ Cõſtantinũ pie ſic loquentẽ uide.

EDICTVM IMPERIALE SCRIPTVM,
ac datum ſacræ,& ſanctæ Romanæ Eccle/
ſiæ a Cōſtantino Cæſare Imperatore
ſemper Auguſto,ac Chri/
ſtianiſſimo.

IN nomine ſanctę,& indiuiduæ
Trinitatis patris,filii,& ſpiritus
ſācti,Imperator Cęſar,Flauius,
Cōſtantinus,ī Chriſto Ieſu uni
co eiuſdē trinitatis Saluatore,et
Dño Deo noſtro,fidelis,mitis,
beneficus,alemanicus,Gothicus,Sarmaticus, Ger
manicus,Britānicus,Hunnicus,pius,felix; uictor;
triumphator ſemper Auguſtus,ſanctiſſimo,ac bea
tiſſimo patri patrum Sylueſtro epiſcopo , & Papæ
magnæ urbis Romę ,& omnibus Pōtificibus ſuc
ceſſoribus eius,in cathedra beati Petri,uſq; ad cō/
ſumationem ſęculi ſedentibus: Item omnibus re
uerēdiſſ.& religioſis catholicis Epiſcopis,huic ſa
cræ,& ſanctæ Ro.eccleſiæ,ꝑ hanc noſtrā imperialē
cōſtitutionē ſubiectis,gratia,pax,amor,lętitia,ma/
gnanimitas,miſericordia ab omnipotente Deo, &
Patre,& Ieſu Chriſto Filio eius ,& Spiritu ſancto,
omnibus nobiſcū,quę a redēptore,& ſaluatore no
ſtro dño Ieſu Chriſto,qui eſt filius altiſſimi patris
ꝑ ſanctos apoſt.eius Petrū,& Paulū,mediante pa/

trē noſtro Sylueſtro ſummo Pont.& catholico Pa
pa admirabiliter circa nos miſerationibus illius fa
cta ſunt manifeſta narratione,p hāc imperialē no/
ſtrā ſcripturā,Deinceps oībus ſtuduimus tradere
ad cognitionē omniū,qui ſunt in orbe terrarū po
pulorū,māſuetiſſime enim noſtrę apparitionis ab
intus,& ab ipſo corde pcedit confeſſio,primū qui
dē noſtrā fidē pręſefert,quā a prędicto beatiss.pa
tre,& interceſſore noſtro Sylueſtro catholico Hie/
rarcha didicimus,ad documentū intelligētię om
niū noſtrū,deinde & effuſam ſup nos Dei miſeri/
cordiā oībus nūciat,Scire enim uos oēs Volumus,
ſicut p prædictā noſtrā pragmaticā conſtitutionē
uobis Declarauimus , nos ab idolorū cultu,quæ
muta,& ſurda,& manufacta ſūt,diabolicisq; fictio
nibus,& ab omni ſathanæ pōpa deſiliiſſe,& ad in/
tegrā chriſtianorū fidē,q̄ lux uera eſt ,& uita ęter
na deſcēdiſſe,ſicut nos ipſe excelſus,& ſūmus pa/
ter noſter,& magiſter Sylueſter admonuit in Deū
patrē omnipotentē,factorem cœli,& terræ, uiſibi/
lium omnium,& inuiſibilium, & in Ieſum Chri/
ſtum filium eius unigenitum dominum noſtrum,
per quem omnia facta ſunt, & in Spiritum ſanctū
dñm,& uiuificantē oēm creationē,pcipiēs credere
nos patrē,filiū,& ſpūm ſanctū ſic cōfitemur,tanq̄
in perfecta trinitate , & pfectionem diuinitatis eſſe

& unitatem potentiæ Deus pater, Deus filius, De
us ſpiritus ſanctus, & tres unũ ſunt, tres igitur for
mæ, ſed una potẽtia, perfectis igitur cęleſtibus uir
tutibus, & omnibus terrenis materiis miſericordi
nutu ipſius ſapientiæ primo ex limo terræ homi-
nem formans ſecundũ imaginem, & ſimilitudinẽ
ſui ipſius in Paradiſo hũc poſuit deliciarũ, cui in-
uidens Serpens antiquus, inimicus, & Diabolus,
amariſſimo guſtu inexperti ligni exulem fecit læ
titiæ illius, illũq; cum expuliſſet, non ceſſat ſui ipſi
us mortiferis ſagittis, multis modis alios ſagitta-
re, ut abſtrahens humanum genus a uia ueritatis,
idolorũ cultui, ideſt creationis, ſed nõ creatori ſer
uire omnes perſuadeat, ut quos poſſibilis fuit ſui
ipſius machinationibus colligare, hos æterno ſup
plicio tradat puniendos, Sed Deus proprię forma
tionis miſerationẽ capiens, miſit ſanctos eius Pro-
phetas, & per hos uitæ lucem, Aduẽtum uidelicet
filii eius Domini autẽ noſtri, & Saluatoris Dei Ie
ſu Chriſti annunciãs, Nouiſſime autẽ miſit & uni
genitũ eius filium, & uerbum ſapientiæ, qui a Cœ
lis deſcendit propter noſtram ſalutem, & genitus
eſt ex Spiritu ſancto, & Maria uirgine, Verbũ ca-
ro factum eſt, & habitauit in nobis, non deponens
quod fuit, ſed incipiens eſſe, quod non fuit, Deus
perfectus, & homo perfectus, tanquam Deus mira

cula

cula perficiens,et táquam homo humanas paſſio‑
nes ferens,ſic uerbum hominem,et Deus uerbum
intelligimus doctrinis noſtri patris Sylueſtri ſum
mi Pont.tanquam Deum uerum,et hominem ue‑
rum,eundem eſſe nequaquam eſt ambigendũ,eli‑
gens igitur duodecim Apoſtolos,hoſq; innume‑
rabiles populos antea ſuper naturalibus miraculis
illuſtrauit,Confitemur ipſum Dominum noſtrũ
Ieſum Chriſtum adimpleuiſſe leges,et prophetas,
paſſum,et crucifixum eſse,ſecundũ ſcripturas,ter
tia die a mortuis reſurrexiſse,aſsumptũ eſse in cę
los ,ſedere a dextris patris,illic uẽturũ iudicare ui
uos,et mortuos,cuius regni non erit finis.Hęc eſt
noſtra orthodoxa fides a beatiſsimo patre noſtro
Sylueſtro nobis antea lata. Admonemus igiť om
nem populũ,& diuerſa gentium genera,hanc fidẽ
detinere,colere,prædicare , & in ſanctæ Trinitatis
nomine baptiſmatis gratiam aſſequi,& dominum
noſtrum,& Saluatorem Ieſum Chriſtum,Qui cũ
Patre,& Spiritu ſancto in infinita ſęcula regnat,re
uerenti corde adorare:quem beatiss.pater noſter
Sylueſter catholicus hierarcha prędicat,ipſe enim
dominus noſter mei peccatoris miſertus,miſit ſan
ctos apoſtolos eius nos uiſitaturos, & luce ſplẽdo
ris eius nos illuſtrauit,& tenebras attrahẽs,ad ueri
tatis cognitionẽ me puenire dignatus eſt, quoniã

grauis turpitudo lepræ omni mei corporis carni inſiliit,multisq; conuenientibus medicis cura mihi adhibita eſt,et horum nullius ſtudio ſanitatē aſſeq potui, Ad hęc acceſſerūt mihi ſacerdotes capitolii oportere dicētes ciſternā in capitolio fieri,et hāc ī nocenti ſanguine,et calido impleri,illicq; lauari,ſic mūdationē aſſequi poſſe ſecūdum documenta igi tur ipſorū cū multi innocentes infantes cōgregati eſſent,et uellēt ípii,et ſacrilegi ſacerdotes ipſos iu gulare,et illorum ſanguine ciſternā implere,lachri mis matrū illorū noſtra Serenitas intēdens ſtatim rem nefandā exhorruit,illasq; tunc ego miſertus matrib.tradi filios iuſſi,uehiculaq; exhibens,et do na cōcedens,gaudentes ad propria remiſi,hic dies cū præteriiſſet, et nocturna quies ſuccederet,et ad ſomnū opportunitas inuitaret, adſunt ſancti Apo ſtoli Petrus,et Paulus mihi dicentes, quoniam ad peccata pcedere nō permiſiſti,& innocētis ſangui nis effuſionem es abominatus,a Chriſto domino, & Deo noſtro miſſi ſumus,dantes tibi conſilium p quod ſanitatē reſumes.Audi igitur noſtrū mādatum,& fac quod admonemus te,huius urbis Eps Sylueſter tuas pſecutiones fugiēs, in cauernis lapi dū cū ppriis clericis occultatur in mōte Soracte,hūc ad te ipſum acceſſēs,demōſtrāte illo uerā religio nis ciſternā addiſces,in qua cū tertio imerſus fue ris,omnis lepræ uis te derelinquet,quo facto hanc

retributioné e contra metite Saluatori tuo, ut tuis mãdatis oẽs ĩ orbe terrarũ eccleſias renoues,& tu in hac parte te ipſũ purga,ut oẽm idolorũ infelicitaté relinquens,ſolũ uiuenté,& uerũ Deũ,q ſolus eſt uerus Deus,colas,& adores,& illius uolũtatem adimpleas. Expgefactus igit̃, ſecundũ q̃ ordinata fuerãt ab apoſtolis opatus ſum,accerſenſq; pcipuum,& pręclarũ patré Syluеſtrũ,catholicũ Papá,q nos illuminauit,oĩa ipſis a ſanctis apoſtolis mãdata mihi uerba declaraui,quęſiuiq; ab ipſo q Dii eſſent Petrus,& Paulus,q appellãtur. Dixitq; ille, nõ uere deos hos appellari,apoſtolos auté Saluatoris noſtri,& dñi Ieſu Chriſti eſſe aſſeuerauit,rurſus incępi interrogare beatiſs. Papá,Si q̃ manifeſtę horũ apoſtolorũ eẽnt Imagines,ut ex pictura igit̃ poſſemus cognoſcere,ſi poſſibile eſt,illos eſſe, quos a reuelatione didicimus. Tũc ille oĩ reuerẽtia dignus pater, diuinorũ horũ Apoſtol. Imagines p pptiũ Diaconũ afferri iuſſit,Quas aſpiciẽs,& aſpectus illorũ,quos ĩ ſomnis uiderã ĩ imaginibus pdiſcens magna uoce corã meis Satrapis cõfeſſus ſũ,hos illos eſſe ĩ ſõnis mihi uiſos. Ad hęc beatiſs. hic pater noſter Sylueſter urbis Romæ Eps,tps nobis pęnitétię terminauit ĩ uno cilicio intra noſtrũ lateranẽ palatiũ,ut oĩa q̃ a nobis ĩpie opata ſũt,& iniuſte perpetrata,ieiuniis,uigiliis,lachrymis, et orationibus apud dñm Deũ, & Saluatoré noſtrũ placaremus.

Deinde clericis imponẽtibus mihi manus uſq; ad ipſum Põtificẽ perueni,illic autẽ renunciãs Sathanæ pompas, & opera eius,& oĩa idola manufacta, credere in unũ Deum patrem omnipotentem, factorem cœli,& terræ,uiſibiliũ omnium,& inuiſibilium,& in unũ dominum Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitũ dominũ noſtrum,Qui genitus ex Spiritu ſancto,et Maria uirgine,ſpontanea uolũtate corã omni populo cõfeſſus ſum.Benedicto autem lauacro illic menſurabili demerſione ſalutarẽ aquam mũdauit,in ſinu autẽ lauacri poſitus manum tangentẽ me a Cœlo propriis oculis aſpexi, ſub qua mundus reſurgẽs ab omni lepræ turpitudine me ipſum mundatũ eſſe cognoui,ablatum autem me a uenerãdo lauacro albis palliis induerũt, ſeptiformeq; Spiritus ſancti ſignaculũ prębuit,beati chriſmatis unctione,et ſignũ ſanctę Crucis meę fronti ſignauit,dicẽs,Sigillat te Deus fidei eius ſignaculo,In nomine patris,et filii,et ſpiritus ſancti, omniſq; clerus reſpõdit,Amen, Et addidit Pontifex,Pax tibi.Primo igitur die poſtq̃ cępi miniſterium diui baptiſmatis,et poſt medelã mei corporis a lepra,cognoui nõ eſſe aliũ Deũ præter Patrẽ, et Filiũ,et Spiritũ ſanctũ,quẽ beatiſſimus pater Sylueſter prædicat,trinitatẽ in unitate, unitatẽ in trinitate,Omnes enim Dii gentiũ,quos ſuperius colui,

Demonia opera manuum hominũ manifeſte de/
monſtrantur. Ad hæc quantam poteſtatẽ ipſe Sal
uator noſter proprio apoſtolo beato Petro prębu
it in cœlo, & in terra, manifeſte nobis ipſe ueneran
dus pater expoſuit, quãdo illũ fidelẽ inueniens, in
interrogatione dixit, Tu es Petrus, & ſup hanc pe
trã ędificabo eccleſiã meã, & portę inferi nõ præ/
ualebũt aduerſus eam. Conſiderate Potentes, & au
ribus cordis attendite, quid bonus Magiſter, & do
minus proprio diſcipulo adiũxit dicẽs, & dabo ti/
bi claues regni cœlorũ, & quodcũq; ligaueris ſup
terrã, erit ligatũ & in cęlis. Admirabile uerbum, &
glorioſum, & ſup terrã ligare, & ſoluere, & in cœlis
ligatũ eſſe, & ſolutũ. Hęc igitur beato Syluestro do
cente, cognoſcens, & beneficẽtiis ipſius beati Petri
integerrime ſanitatem ſentiens corpori redeun/
tem dignũ iudicauimus, cum omnibus noſtris Sa
trapis, & uniuerſo Senatũ, & optimatibus, & cũcto
Romani imperii ſubiacẽti populo, ut ſicut beatus
Petrus Vicarius apparet conſtitutus in terra a fi/
lio Dei, ſic a nobis, & a noſtro regno locũ tenentes
principis apoſtolorum ſuſcipiant datũ ipſis pote/
ſtatis principatũ maiorem, q̃ noſtra in terra ſereni
tas, & regnũ ab omnibus habere cognoſcitur, elegi
mus enim ipſum apoſtolorũ principẽ, et eius ſuc/
ceſſores pprios nobis ipſis ad Deũ eſſe patronos,

et ſicut noſtram in terra imperialẽ poteſtatẽ, ſic et illius ſacrã,& ſanctã Roma. eccleſiã Decreuimus colere cũ reuerentia,& ſacratiſſimã cathedrã beati Petri magis q̃ noſtrũ regnũ,& terrenã ſedẽ exalta re,tradẽtes ipſi poteſtatẽ,& gloriæ dignitatẽ,uigo rẽ,& efficaciã,& honorificẽtiam imperialẽ,atq; De cernentes Sancimus principatũ habere ſup quat tuor præcipuas ſedes Antiochiæ,Alexãdriæ,Cõ ſtãtinopoleos,& Hieroſolymorũ . Itẽ ſuper oẽs in uniuerſo orbe terrarũ Dei eccleſias, & Põtificẽ p tẽporibus exiſtentẽ ipſius ſacræ, & ſanctæ Roma. Eccleſiæ excelſiorẽ eſſe,& principẽ oĩum ſacerdo tũ ,q ſunt ĩ uniuerſo orbe terrarũ,& oĩa quorũ cu rã habere oportet, ad diuinũ cultũ,uel robur chri ſtianorũ fidei huius iudicio gubernari. Iuſtũ enim eſt caput principatus ſanctã habere legẽ , ubi ſan ctarum Legum legiſlator Saluator noſter beatũ Petrum mandauit Apoſtolatus habere cathedrã, ubi Crucis lignum,et ipſe ſubſtinens beatæ mor tis piaculum bibit,imitator proprii Magiſtri, et do mini factus,illic uſq; ad finem , et continue Magi ſtrum quærant,ubi ſanctum Magiſtri corpus quie ſcit. Illic gentes pro confeſſione nominis Chriſti colla inclinent,ubi horum magiſter Paulus Apo ſtolus pro Chriſto collum extẽdens, corona mar tirii coronatus eſt. Illic ſupini,et humiliati,cœleſtis

Regis,et Dei,et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti offi
cio ſeruiāt,ubi ſuperbæ terreni Regis poteſtati ſer
uiebant,quorum gratia ſcire Volumus omnes in
orbe Terrarum gentium populos, quod nos in/
tra Lateranenſe noſtrum Palatium templum ere/
ximus ipſi Saluatori noſtro,et Deo,et Domino Ie
ſu Chriſto, ab ipſis fundamentis, cum Baptiſte/
rio,Sciatiſq; et Duodecim cophinos Terræ illinc
Nos propriis humeris extuliſſe, æquales nume/
ro duodecim Apoſtolis,ædificauimuſq; eccleſias,
et beatis Petro,et Paulo primis apoſtolis,quas ar/
gēto,et auro decētes,et ornatas cōſtituimus,ubi et
ſacratiſſima ipſorū corpora ſepeliētes,magna cū re
uerētia thecas ipſis ex electro,cuius nulla elementi
potētia eſt fortior,cōſtruximus,crucēq; auri puriſ
ſimi,et ex margaritis p̄cioſis factā,ꝑ utrāq; thecā
impoſuimus,aureis clauis affigētes,quibus eccleſi/
is ꝓ cōtinuatiōe luminariorū poſſeſſiōes,et agros
cōtulimus,et noſtro imperiali,et diuino mādato,ĩ
oriēte,et occidēte,ſeptētrionali, et meridionali cli/
mate in Iudea uidelicet, Aſia, Thracia, Græcia,
Aphrica,Italia,et in diuerſis inſulis noſtram ipſis
libertatem Conceſſimus, ſic uidelicet, ut per ma/
nus beatiſſimi patris noſtri Pontificis Sylueſtri, et
eius Succeſſores omnia diſponantur. Exultet igi/
tur nobiſcum omnis populus,omnia in orbe terra

rūm gentium genera admonemus,ut nobiſcū, et Saluatori noſtro Ieſu Chriſto infinitas gratias cō fiteatur,quoniā ipſe Deus in cęlo ſuperius,et in terra inferius,per ſanctos apoſtolos cū nos uiſitaſſet, ſanctum myſteriū baptiſmatis, et corporis ſanitatem nos dignos fecit ſuſcipere, pro quibus etiam præbemus ipſis ſanctis Apoſtolis,et dominis meis beatiſſimis Petro,et Paulo,et per hos beato Syluestro noſtro patri,et ſummo Pont. et catholico Vrbis Romæ Papæ,et omnibus Pont.ſucceſſoribus eius uſq; ad conſumationē mūdi in cathedra beati Petri ſedētibus,et impræſentiarū tradimus, Primū quidem Lateranenſe noſtri regni palatiū, quod omnibus in orbe terrarum palatiis præfertur,et eminet. Deinceps Diadema ideſt coronam capitis noſtri,ſimiliter autē et Phrigiū,ideſt Mitrā necnon ſuperhumerale,uidelicet lorum,quod imperiale collū circundare conſueuit.Item purpureā clamydem,et coccineam tunicā, et imperialia omnia indumenta,et imperialium præſidentiū æquitū dignitatē,conferētes ei impialia ſceptra,ſimulq; cūcta ſigna,atq; bāna,et diuerſa ornamēta imperialia,et oēm in pceſſionibus imperialis culminis gloriam,et poteſtatē,Reuerendiſſ.autē uiris Clericis ſecundum diuerſos ordines huic ſacræ, et ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientib. illā circūſpectionē,

et pprietatē

et proprietatẽ potentiæ, et præexcellentiæ habere ſancimus, cuius ampliſſimus Senatus noſter uidetũ gloria adornari, ideſt Patricios, et Conſules ipſos effici, necnon et cæteris dignitatibus Imperialibus eos ꝓmulgamus decorari, et ſicut imperialẽ exercitum, ſic & clerũ ſanctæ Romanę eccleſię adornari Decreuimus, & quẽadmodũ imperialis potẽtia diuerſis officiis cubiculariorũ, oſtiariorũ, & excubitorũ decoratur, ita & ſanctã Romanam Eccleſiã decorari Volumus, & ut ampliſſime Põtificale decus præfulgeat Decernimus, & ut clerici eiuſdem ſanctæ Rom. Eccleſiæ mappulis, & linteaminibus, ideſt candidiſſimo colore decoratos, equos equitẽt, & ſicut noſter Senatus calciamẽtis utitur, cum udonibus, ideſt cãdidiſſimo linteamine illuſtrẽtur, & ita cœleſtia ſicut terrena ad laudẽ Dei decorentur, præ omnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Syluęſtro Vrbis Romæ Epiſcopo Papæ, & omnibus poſt ipſum ĩ eius ſuc ceſſionẽ uenturis, ꝑ ſuperuenientia ſæcula beatiſſimis Pontificibus ꝓ honore, & gloria domini noſtri Ieſu Chriſti in magna hac catholica poteſtate, ſi aliquẽ circũſpecti noſtri Senatus uoluerit inter religioſos clericos cõnumerare, nullũ eorũ qui ad hoc uocantur propter ſuperbiã, ordinẽ hunc excuſare: Sancimus etiã hoc omni reuerẽtia dignũ pa-

trem Syluestrum ſummum Pont.& omnes Ponti-
fices ſucceſſores eius diademate, uidelicet corona,
quā ex capite noſtro ipſi præbemus, ex auro puriſ-
ſimo, & lapidibus præcioſis, & margaritis conſtru-
ctā, uti debere, & in capite geſtare ad gloriā Dei, ꝑ
beati Petri reuerētia, quoniā autē ipſe beatiss. Papa
in corona clericatus, ī tōſura capitis, quā ꝑ reuerē-
tia beati Petri habet, non uerecūdatus eſt ex auro
uti corona, Nos phrygiū in hoc cādidiſſimo colo-
re, ſplendidam Domini reſurrectionem ſignantes
ſacratiſſimo eius uertici propriis manibus impo-
ſuimus, et fræna equi huius detinentes, pro reuerē
tia beati Petri ſtratoris officium illi exhibuimus,
Statuētes eodem phrygio omnes eius ſucceſſores
ſingulariter uti in ꝓceſſionibus ad imitationē im-
perii noſtri, unde ne Pōtificalis apex uileſcat, ſed
magis q̄ terrenū regnū ipſe dignus, et gloria, et po
tentia decoreť, ecce palatiū noſtrum, ut antea dictū
eſt, et urbem Romā, et totius Italiæ, et occidenta-
lium regionum prouincias, loca, ciuitates, ſæpenu-
mero prædicto beatiſſimo patri noſtro Syluestro
catholico Papæ tradentes, et cedētes, huius, et ſuc-
ceſſoribus eius Pōtific.b. poteſtati, et iudicio, et per
diuinum noſtrum pragmaticum edictum decre-
uimus diſponenda, atq; iuri ſanctæ Romanæ Ec-
cleſiæ concedimus permanenda. Vnde cōgruum

iudicauimus noſtrum Regnũ, et huius gloriã ad
orientales Regiones transferre,et in urbe Bizãtio
optimo loco in noſtro nomine urbẽ ædificãtes il-
lic noſtrum imperium cõſtituere,ubi ſacerdotũ prĩ
cipatus,et chriſtianæ religionis caput,a cęleſti Re
ge eſt conſtitutum,nõ eſſe iuſtũ illic poteſtatẽ ha-
bere terrenum Regem.Hæc igitur per hãc noſtrã
ſacram ſcripturam,et alia diualia decreta,determi
nata,et roborata,uſq; ad mundi conſumationẽ, illi
bata,et inconcuſſa,permanere Decreuimus, unde
corã uiuente Deo,qui nos regnare præcepit, et co-
ram terribili eius iudicio Obteſtamur oẽs noſtros
ſucceſſores Imperatores,uel cũctos optimates,Sa-
trapas,etiam ampliſſimum Senatũ, et uniuerſum
populũ in toto orbe terrarũ,nũc,et in poſterũ,nul
li eorũ quoquo modo licere,aut cõfringere,uel in
quoquã cõuelli.Siquis autẽ(quod nõ credimus)
in hoc temerator,aut cõtẽptor extiterit, æternis
condemnationibus ſubiaceat innodatus, ſentiatq;
ſibi ipſi cõtrarios ſanctos Dei,et Principes apoſto
lorum Petrũ,et Paulũ,in infimo inferno crucian-
dus,deficiatq; cũ Diabolo,et omnibus impiis.Hu
ius autẽ imperialis decreti paginam ꝓpriis mani-
bus roborãtes,ſup uenerandũ corpus apoſtolorũ
Prĩcipis beati Petri, manibus ꝓpriis impoſuimus.
Illic Dei Apoſtolo promittentes,illibata nos hæc

omnia conſeruare,& noſtris ſucceſſoribus, & Im/
peratoribus per noſtra mandata inſeruanda,re/
linquere,& beato patri noſtro Sylueſtro, & catholi
co Papæ, & per ipſum omnibus eius ſucceſſori/
bus,Pontificibus,Domino,& Deo,Saluatore no
ſtro Ieſu Chriſto,placide annuente,æterne,& felici
ter his hæc in poſſeſſionem futura, imperiali ſub/
ſcriptione Diuinitas uos conſeruet in multis An/
nis,Sanctiſſimi,ac Beatiſſimi patres. Datum Ro
mæ,Tertio Calendas Aprilis,domino noſtro Fla
uio Conſtantino Auguſto,& Gallicano uiris Con
ſulibus ,& Clariſſimis , ex quo quidem Imperiali
edicto e Græco in latinum traducto, excerpta eſt
pagina Conſtantinus.lxxxxvi.diſt.Ad lau
dem,& gloriam omnipotentis Dei, &
Romanæ catholicæ Eccleſiæ
incolumitatem.

Amen.

Ioannes Baptiſta Phaellus Bononien.
Lucæ impreſſit Cal.Aprilis.anno dñi.
M. D. XXXIX.